Ulterius sciendum est quod proposito tantum signa sunt consideranda, videlicet Libra, Aquarius et Aries, ut dictum est. Et similiter sunt consideranda forme earum: Libra enim participat de forma humana et de forma scorpionum et serpentum et huius, nam quedam stelle componentes Libram sunt de Virgine et quedam de Scorpione, ut prius ex intentione Tholomei primo Quadripartiti capitulo 9°. Ideo significat quod effectus eclipsis eveniet et apparebit in hominibus et serpentibus et in reptilibus. Et in directo Libre versus septentrionem extra zodiacum sunt Hercules, Boetes et Serpens serpentarii et pars Draconis circa polum. Et versus meridiem in directo eius sunt Centaurus et Lupus. Unde effectus apparebit in huius animalibus. Item Aquarius est de forma humana, ideo ibidem est argumentum quod effectus apparebit in hominibus. Et in directo eius versus septentrionem sunt Gallina, Delfis et Equus, prior et posterior, et pars Draconis circa polum. Et versus meridiem est Piscis retinens aquam

111 huiusmodi: huius principio, medio et fine, ut patet ex predictis *add.* Ea 111-18 Significatio...in fine *om.* Ea 120 ut dictum est *om.* Ea 120-1 Et ideo forme eorum in presenti iudicio sunt considerande. Ea 131 effectus: eclipsis *add.* Ea

Aquarii. Unde effectus apparebit in illis animalibus. Item Aries est de forma animalis quadrupedis. Ideo significat quod effectus erit in quadrupedibus, et precipue in ovibus, iuxta significationem planetarum dominorum, sive sit significatio eorum bona sive mala. Et in directo Arietis ex parte septentrionis sunt Andromeda, Cassiopia, Cepheus, quarum 2 sunt forme mulieris et una forma viri, et sic pars Draconis et ex parte meridie sunt Cetus et fluminis Eridanus. Igitur effectus erit in hominibus tam in viris quam in mulieribus, et in piscibus et in fluminiis vel in mari. Et quia eclipsis fuit in 12^{a} domo propre ascendens significat quod effectus eius apparebit in fructibus et in rebus iuventibus videlicet animalibus et plantis iuventibus et fundamentis rerum.

Iam igitur restat scire cuiusmodi effectus significatur per istam eclipsim an bonus vel malus. Et iuxta sententiam Tholomei 2° Quadripartiti capitulo 8°, hoc scietur primo per naturam domini vel naturas dominorum loci eclipsis. Secundo per naturas dominorum anguli precedentis eclipsis. Tertio per naturas dominorum anguli sequentis eclipsis. Et quarto per naturas stellarum fixarum lucidarum in directo locorum predictorum. Per naturas igitur enim istorum et per earum intentionem,

137 effectus: eclipsis **add.** Ea **143** Cepeus: eclipsis **add.** Ea **144-5** et ex parte: item versus Ea **149-50** significat...rerum: effectus erit in illis que significantur Eb **151** fundamentis eorum et hec omnia patent ex Tholomeo ubi supra Ea **152** Iam...scire: Nunc refert scire Ea / Iam restat videre Eb **153-4** Et iuxta sententiam: Hoc patet per Eb **158** naturas *om.* Eb

ad invicem et per eorum dominorum positionem in zodiaco et in fine et eorum fortitudinem et debilitatem istius, et in circuli suis et per eorum positionem ad zodiacum scietur tota qualitas effectus.

Dico igitur quod dominus loci eclipsis, ut dictum est, est Saturnus. Et significat quod per istos 8 annos et 6 menses sequentes proveniet hominibus et etiam animalibus infirmitates longe et mors, et multa bella et fuga in eis, frigus vehementes et multe pluvie et nives temporibus suis et venti validi et magnum detrimentum navigationibus, magna corruptela in aere, et caristia magna annone et fructuum per frigus et pluvias multas et per vermes. Unde accidet mortalitas hominum et precipue accidit detrimentum annone et fructibus in collectione eorum in autumpno ex causis predictis, eo quod locus eclipsis fuit Libra, ut dictum est prius; et similiter quia Aries fuit unus locus principalis, erit detrimentum in fructuum principiis sui ortu, et plantatione arborum, et nimis cito exibit flores, et similiter in tempore seminandi accidet dampnum, sicut dictum est prius.

166 Et significat quod: Ergo Eb **168** animalibus: secundum quod dicit Tholomeus 2° Quadripartiti capitulo 8° *add.* Ea / longe: diurne Ea
169-81 fuga in eis...prius: frigus et pestilentia caloris, nives et terremotus; vel quia Aries fuit unus locus principalis erit in fructibus detrimentum. In principio Sol temperabit maliciam Saturni, quia fuit dominus anguli precedentis. Sed in medio dominabitur Mercurius, quia fuit dominus--sic vide secundum naturas circa loca omnium planetarum et signa, et patet in figura posita ad medium eclipsis. Eb **170** detrimentum: navium et *add.* Ea **177** sui: in eorum *add.* Ea **180-1** sicut...prius: ut allegatum est a Tholomeo ubi supra. Ea

Et sciendum quod Saturnus verisimiliter in isto effectu istius eclipsis debet habere. Quasi Maxime dominum quod posset habere, nam ipse idem fuit dominus coniunctionis magne Saturni et Jovis sequentis eclipsis ut dicetur post. Et similiter fuit dominus coniunctionis 2 infortunarum et sic coniunctionis Jovis et Martis precedentium eclipsis, que omnes fuerunt magne significationis, ut dicit Messahalla in epistola sua De coniunctionibus, similiter Saturnus fuit dominus illius anni et illius quarte in quibus fuit eclipsis iuxta viam Albumazar. Et preter hec mansit in Capricorno et in Aquario qui sunt domus eius per 3 annos et 4 menses continue anno eclipsis idem quod numquam recessit ab eis. Et similiter fuit hore directus et originalis, et propter iam dicta fuit in tempore eclipsis maxime fortis. Ideo ipse disponit effectum eclipsis fortissime iuxta naturam suam.

Participant quoque in significatione eclipsis 2° loco domini anguli precedentis eclipsis. In principio autem eclipsis dominabatur Sol, eo quod tunc fuit Leo in angulo precedente eclipsis scilicet in medio celi. Unde in principio illorum 8 annorum et 6 mensium ipse Sol temperabit maliciam Saturni et etiam Martis et Mercurii qui similiter dominantur ut patebit inferius.

182 sciendum: videtur mihi Ea **186** ut dicetur post: sicut apparet ante Ea / similiter: ipse Saturnus *add.* Ea **188** eclipsis, que omnes: ut satis videtur ante in coniunctionibus et hec coniunctiones 2^{e} precedentium Ea **192** Albumazar: in hoc De floribus in principio, et libro suo experimentorum in principio. *add.* Ea **197** fortissime: fortitudinis Ea **205** dominantur: in eclipsi *add.* S

Et in medio illorum 8 annorum et cetera, dominabitur Mercurius, et ipse maxime participabit de tempore inter dominos anguli precedentis. Ipse vero licet percipere in natura cum planetis cum quibus existit. Nichilominus de sui natura est malivolus et omnia eius opera sunt infortunia, ut dicit Haly 2° Quadripartiti capitulo 8°. Ipse natura significat quod in tempore sicut convenienti de illis 8 annis et 6 mensibus erunt infirmitates in hominibus sicce ut febres cotidiane et tussis et tissis. Et erunt detrimenta in animalibus quibus utuntur homines et precipue in ovibus et quadrupedibus animalibus, eo quod locus eius fuit Aries. Similiter erunt homines subtilis ingenii. Et accident detrimenta in ecclesiis et officiis diviniis et mutationes legum et morum. Et erunt multi venti turbinosi et repentini et festine variationis et tonitrua et coruscationes et terremotus. Et erit diminutio aquarum et fluminum quia in tempore eclipsis fuit sub radiis Solis. Et erunt etiam multi latrones et multa latrocinia. Et in mari detrimentum eveniet eo quod coniungitur infortunis. Et quia fuit in hora eclipsis eodem signo cum Saturno et cum Marte quorum utique dominabatur in eclipsis significabit eadem que significabant Saturnus et Mars. Sed quia Mars ut dicetur principaliter significat bella ipse Mercurius significat

209 existit: vel cum quibus participationem habet in figura *add.* Ea **221** erit diminutio: significant diminutiones S **222** quia: quam ipse Mercurius Ea quam S **223** erunt: significant S **225** coniungitur: Mercurius *add.* E_1 / hora: tempora Ea **228** Mars[1]: eo quod Mercurius convenit in significatione cum hiis quibus coniungitur. *add.* Ea / principaliter *om.* Ea

illa fieri per cautelas et celate et hoc eveniet in tempore pro convenienti de illis 8 annis et 6 mensibus.

In fine vero illius temporis dominabitur Saturnus, eo quod in fine eclipsis fuit Libra in medio celi. Et significabit ea, quod prius et eo fortius, quia dominabitur tunc temporis dupliciter, scilicet in toto illo tempore virtute sui dominii universalis et in illa parte temporis specialiter.

Tertio participant in significatione eclipsis domini anguli sequentis eclipsis qui fuit ascendens. Unde in principio illorum 8 annorum et 6 mensium dominabitur Saturnus, eo quod in principio eclipsis fuit Libra in ascendenti; et in illo tempore fortiter eveniet et apparebit effectus Saturni, eo quod ipse est principalis dominus. Sed aliqualibet temperabit Sol eius maliciam, ut dictum est, in illo tempore.

In medio vero illius temporis dominabitur Mars, eo quod in medio eclipsis fuit Scorpio in ascendenti. Unde in medio illorum 8 annorum et cetera erit magna siccitas et mors repentina, et multe febres in hominibus et multa bella, et rixe et ire regum et transgredientur homines legum, combustiones et interfectiones et rapine, magnus calor, magni venti et fulgora multa, paucitas bestiarum et fructuum per nimio calore et siccitate. Unde quia in significatione multum concordat cum Mercurio, et Mercurius sic disponet medium illius temporis, ideo significatio est fortior in predictis.

230 celata: celeritate Ea **231** mensibus: Et he predicta de significatione Mercurii patet eodem capitulo 8°, 2[1] Quadripartiti et per Tholomeum et Haly *add.* Ea **250** transgredientur homines: transgressiones Ea **253** siccitate: Hec patet per Tholomeum et Haly ubi supra. Ea

Et similiter quia in siccitate et in bella et in caristia et in mortalitate concordat cum Saturno, ideo in huiusmodi est eius significatio fortior in illo tempore, preter quam unus est calidus et alius frigidus tamen Saturnus iuvabit eum in siccitate non obstante quod ipse sit effectus caristie per humiditatem nam hoc est per accidens. Sed ipse est naturaliter siccus ideo in medio illorum 8 annorum et cetera adveniet detrimentum ex siccitate cum propter speciale dominium Martis et Mercurii, cuius etiam propter siccitatem Saturni tunc temporis.

In fine vero illorum 8 annorum et 6 mensium dominabitur Jupiter, eo quod Sagittarius fuit in fine eclipsis in ascendenti. Et ipse temperabit tunc temporis aliqualiter maliciam Saturni et precipue in qualitate aeris et in caristia et in mortalitate tamen Saturnus erit principalis dominus, ideo maximum dominum attribuitur sicut 4 participant in significatione eclipsis stelle fixe in directo signorum 3 predictorum videlicet Libre, Aquarii et Arietis. Stelle fixe que componunt Libram sunt de natura Saturni, Martis et Mercurii. Unde addunt in significatione eorum et precipue in bello et caristia et infirmitatibus et mortalitatibus que proveniunt a natura sicca. Et in directo Libre extra zodiacum versus septentrione sunt Boetes, cuius stelle sunt de natura Saturni et Mercurii et quoque Jovis et Martis quia Arthurus est de natura Martis, et Serpens quem retinens serpentarius, cuius stelle sunt de natura Saturni et Martis, et similiter pars Draconis. Et omnes

257 Et...in bella: Item quia Mars in siccitate belle Ea
258 in mortalitate *i.m.* D 272 in mortalitate: morbo Ea 273 attribuitur: ei *add.* Ea

stelle Draconis sunt de nature Saturni et Martis, unde omnes hee stelle addunt super significationem Saturni, Martis et Mercurii. In directo vero Libre versus meridiem sunt Centaurus, cuius stelle quedam sunt de natura Jovis, quedam Martis et quedam Veneris, et Lupus cuius stelle sunt de natura Saturni et parum Martis. Stelle etiam fixe que componunt Aquarium sunt de natura Saturni et Mercurii et que sunt in effusione aquarum sunt Saturni et parum Jovis. Et in directo Aquarii versus septentrionem sunt Gallina, cuius stelle sunt Veneris et Mercurii, et Delfis cuius stelle sunt Saturni et Martis, et Equus cuius stelle sunt Martis et Mercurii. Et in directo Aquarii versus meridiem est Piscis retinens aquam Aquarii cuius stella clara est Veneris et Mercurii. Stelle etiam fixe que componunt Arietem sunt de natura Saturni, Martis et Mercurii, et que in eius cauda Veneris, et secundum Hali in eius pede posteriori et maxime sunt de nature Martis. Et in directo eius ex parte septentrionali sunt Andromeda cuius stelle sunt Veneris et Cassiopia cuius stelle sunt Saturni et Veneris; et Cepheus cuius stelle sunt Saturni et Jovis. Et in directo eius ex parte meridie sunt Cete cuius stelle sunt de natura Saturni; et fluminus Eridanus cuius ultima clara est Jovis et relique Saturni.

Iste stelle addunt vel minuent super significatione dominorum loci eclipsis et angulorum, sed quia maior

303 pede posteriori: vincit siccitas Ea 304 eius: Arietis Ea 306 Cepheus: inflammatus *add.* Ea 310 Saturni: Hec omnia patent ex Tholomeo et Haly 2° Quadri-partiti 9° *add.* Ea 311 Iste ergo stelle predicte Ea

pars istarum stellarum convenit vero Saturni, Martis et Mercurii, ideo addunt maxime in proposito super significatione eorum.

Unde ex predictis patet quod generaliter ista eclipsis significat caristiam magnam aliquando ex frigiditate et humiditate, et aliquando ex siccitate per istos 8 annos et 6 menses sed magis ex humiditate propter maius dominium Saturni et sicut magnas guerras et mortalitates et infirmitates et magnam corruptelam aeris et magnas pluvias et nives, coruscationes et tonitrua et ventos et multum frigum et calorum temporibus suis. Et Aquarius qui fuit unus locus principalis scilicet locus Saturni tempore eclipsis et similiter Libra, Scorpio et Sagittarius sunt signa meridionalia. Et Aries est de triplicitate septentrionali parte et Libra de triplicitate orientali et tamen Leo et Virgo sunt signa septenrionalia, que non sunt tamen ponderanda in proposito, sed Libra et Aquarius ut prius. Ideo sequitur quod effectus eclipsis magis apparebit versus meridie, iuxta hoc quod signa ista principalia participant de partibus mundi et precipue propter signum Aquarii quod reputo magne significationis in proposito.

317 caristiam: magnam aliquando *om.* Ea 318 humiditate: in aliqualibet terra *add.* Ea 319-20 per istos...ex humiditate *om.* Ea 320 Saturni et: precipue in terris concordantibus Saturno, et qualiter significat per tempus predictum *add.* Ea 323 et tonitrua *om.* Ea / ventos: validos *add.* Ea 324 suis: sed magis signifcat frigum quam calorum *add.* Ea 324-35 Et Aquarius...propositio *om.* Ea 337 terre *om.* Ea

Sed quod effectus eclipsis plus apparebit in partibus terre septentrionalibus probatur sic natura Lune in eclipsi lunari habet magnam significationem et magnum dominium, sicut per dictum Hali prius 2° Quadripartiti capitulo 4°, ubi dicit quod accidentia universalia contingit propter virtute Solis et Lune quando fit eclipsis alicuius eorum, quia tunc virtus eorum provenit ad terram super una recta linea. Similiter in eodem 2°, capitulo 6°, dicit Hali quod 2 luminaria sunt principales domini super omnes alias stellas. Unde quia Luna est mater humiditatis, ut patet per plures astronomos et precipue per Albumazar 3° Maioris introductorii. Et effectus eclipsis multum tendit ad humiditatem ex dominio Saturni, ut dictum est, ideo non obstante quod Luna sit benevola, ipsa tamen est delatrix virtutis aliorum planetarum ut prius. Unde cum Saturnus significat detrimentum ex humiditate ipsa destructio ad terram habentem corruptivam Saturni. Et cum hoc addit de humiditate et sit humiditas excellens et coruptiva per ipsam non obstante quod sit fortuna per se. Sed cum Luna dominatur super 7 climate et super partes terre septentrionales et cum in eius eclipsi ipsa patitur defectum. Sequitur quod defectus eveniet, scilicet parte terre septenrionali et precipue ex humiditate excellenti.

342 fit: accidit Ea **344** in eodem 2°: 2° Quadripartiti Ea **351** planetarum: ad terram, ut patet ex diversis astronomis Ea **354** humiditate: propria *add.* Ea **356** de se D **358** cum: quia ipsa Ea **359** defectus eveniet: effectus veniet Ea **360** et precipue Ea

Item Albumazar in De magnis coniunctionibus tractatu primo differentia 2^{a}, dicit quod cum ceciderit coniunctio Saturni et Jovis in triplicitate aerea cadet effectus in plaga septentrionali. Et fortius signum illius triplicitatis est Aquarius deinde Libra et cetera. Sed cum Aquarius et Libra sit de 3 triplicitate et fuerunt in eclipsi loca maxime principalia. Sequitur quod eveniet effectus in parte terre septentrionali.

Unde dico quod ista eclipsis, eo quod fuit universalis et similiter propter coniunctiones superiorum trium que fuerunt cum ea significat effectum valde universalem et propter hoc verisimile est quod apparebit effectus eius quasi universaliter in omni climate ubi eclipsis apparuit super orizontem et similiter tam in partibus septentrionis quam meridiei propter rationes iam dictas. Et dico quod effectus eclipsis potest apparere ex duplici causis scilicet ex frigiditate et humiditate ex siccitate ut dictum est, sicut magis ex frigiditate et humiditate. Unde effectus proveniens ex frigiditate et humiditate maxime rationabiliter debet apparere in terris nostris. Eo quod plus conveniunt nobis ille qualitates ideo detrimentum proveniens ex illis qualitatibus plus nocebit nobis. Sed detrimentum proveniens ex siccitate plus nocebit meridionalibus, et precipue in qualitate aeris et fructibus ex causis

365 septentrionali: terre *add.* Ea **377-80** effectus... humiditate: effectus eius apparebit in omni loco terre ubi apparuit eclipsis Ea **382** apparere: procedere Ea **387** et mortalitates *inter.* D

supradictis. Et quantum ad guerras et mortalitates et huiusmodi apparebit effectus quasi universaliter in omni climate, eo quod omnes alie coniunctiones superiorum trium concordant in illo effectu et ideo sequitur quod erit effectus magis universalis.

Item Saturnus et Mars tempore eclipsis fuerunt directi et orientales et fuerunt simul in eodem signo. Et Mercurius, qui concordat cum eis in proposito, aspiciebat eos de sextili aspectum. Et quia Jupiter fuit cum Saturno ipse temperabit aliqualiter maliciam eius tamen propter magnum dominium Saturni ut dixi non multum proficiet nec etiam Venus licet fuit in Tauro in domo sua et in 4 a Saturno quia totum dominium coniunctionis attribuitur 2 infortunis. Sed Sol quia fuit in sextili aspectu a Saturno et Marte, et fuit in exaltatione sua, multum temperabit maliciam eorum. Sed nichilominus fortitudo effectus consequetur Saturni, Martis et Mercurii, et precipue Saturni quia dominabatur in angulo precedente, ut patet ex predictis. Similiter dicit Haly Abenragel quod si Saturnus dominetur in coniunctione vel preventione in principio anni, id est, sicut dominus anni vel etiam fuit dominus 4 et aspexerit Mercurium; et similiter

389-91 coniunctiones magnes que fuerint simul cum eclipsi concordant in guerris et in pluviis et huiusmodi, et ideo sequitur quod effectus magis universalis inde proveniet Ea 392 tempore: hora Ea 395 qui...proposito: qui utrioque illorum particulariter concordat Ea 396 cum: iunctus Ea 403 eorum: eo quod dominabatur in angulo precedenti eclipsis. *add.* Ea 406 Haly Libro regali 6° in principio Ea

tunc temporis dominetur in ascendens accidet magnum infortunam et fixum. Sed cum in principio anni in quo fuit eclipsis, fuerunt omnia ista vera et cum ista conveniat cum effectu eclipsis significat maius detrimentum illius effectus. Item dicit Hali 2° Quadripartiti capitulo 10°, quod caristia maxime fit ex superfluitate pluviarum si adveniat tempore non convenienti. Sed si adveniat tempore convenienti non facit malum nisi in maiori superhabundantia et idem intellige de calore superfluo, sed superfluitas pluviarum magis frequenter adveniat in terris nostris quam in aliis et similiter magis nocet nobis in fructibus et in annona ut prius ideo maxime timendum est quod effectus eclipsis ex humiditate propter maximum dominium Saturni apparebit in terris nostris ex caristia. Item dicit Albumazar in libro Experimentorum suorum quod si fuerit dominus locus eclipsis significator anni timebitur super vulgus et sic est in proposito igitur et cetera.

Particulares vero additiones et dimminutiones in significatione eclipsis accipientur in quolibet istorum 8 annorum et 6 mensium ex locis coniunctionum et oppositionum precedentium introitum Solis in 48 annorum et similiter ex locis omnium coniunctionum et oppositionum in eisdem annis et ex dominio eorundem locorum et

412 fuit: apparuit Ea / fuerunt: erant Ea **412-13** et cum...maius: scilicet in aliquod Ea **417** advenienti Ea **420** adveniat frequentius Ea / nostris: scilicet Anglia Ea **422** prius: patet Ea **423** eclipsis: proveniens *add.* Ea **423-4** propter...caristia: apparebit in caristia in terris nostris propter maximum dominum Saturni Ea **424-7** Item...cetera *om.* Ea **428** additiones: augmentationes Ea **430** mensium: sequentium *om.* Ea **431** 4 annorum Ea **433** ex: omnibus *add.* Ea

similiter ex eclipsibus que evenient in tempore predicto aliqua enim eclipsis potest contingere in tempore predicto que destruet quasi maximam partem significationis istius eclipsis vel totam, et aliqua poterit contingere eclipsis que multum addet in significatione eadem. Et ideo multum respiciendum est in istis 8 annis et cetera ad omnes eclipses et coniunctiones et oppositiones singulas necnon et ad omnes introitum annorum et 4 per additione et dimmunitione significationes predicte. Sciendum quod iuxta Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 9°, colores corporum luminarium in eclipsi et signalium apparentium circa Lunam magnum habent significationem. Sed propter nebulas non potui videre colorem Lune in tempore eclipsis, sed quia eius argumentum fuit 9 signa ideo signum est quod eius color fuit flavus quod addit in significatione Saturni. Et hec ad presens sufficiant pro significatione eclipsis.

Significatio coniunctionis magne Saturni et Jovis que fuit in Marcio anno Christi 1345 imperfecto completis de Marcio 20 diebus, 18 horis et 47 minutis. Et fuit predicta coniunctio magna 19 Aquarii.

435-6 eclipsis in isto tempore potest contingere que Ea **438** eadem: predicta Ea **439** et cetera: et 6 mensibus Ea **441** introitum Solis annorum quartorum Ea **445** signalium: signorum Ea / circa Lunam: in tempore eclipsis *add.* EaS **446** nebulas: nubes S / videre: ubi fueram Oxonie *add.* Ea **447** Lune: corporis Lune S **447-8** argumentum Lune fuit tunc 9 signa signum EaS **449** addit: est signum additionis Ea significavit S **450** pro significatione eclipsis, etc. *expl.* Ea

Pro significatione istius coniunctionis magne, scilicet Saturni et Jovis est sciendum quod principaliter sunt 4 consideranda sicut in significatione eclipsis. Primo videlicet ubi eveniet effectus significatus per istam coniunctionem, secundo quando et per quantum tempus durabit effectus, tertio in quo genere eveniet. Et quarto cuiusmodi effectus sicut. Pro primo sciendum est quod locus coniunctionis fuit in Aquario qui est de triplicitate aerea. Ideo effectus eveniet in 4 terre correspondente illi triplicitati que est inter orientem et septentrionem videlicet in partibus circumferentialibus 4 oppositione. Et hoc apparet per Tholomeum 2° Quadripartiti capitulo 3°. Et eo magis quod effectus eclipsis apparebit in eisdem regionibus, ut patet ex significatione eclipsis. Item dicit Albumazar in De coniunctionibus magnis tractatu 4°, differentia 12ª quod primum clima est Indorum, et est sub dominio Saturni et similiter Capricorni et Aquarii. Sed cum in ista coniunctione dominatur Saturnus et locus coniunctionis est Aquarius. Ideo sequitur quod effectus coniunctionis multum apparebit in primo climate. Et si hoc igitur verum maxime apparebit effectus ibi ex siccitate. Sed dictum est in significatione eclipsis cum effectus coniunctionis in bene provenient ex siccitate sed ex humiditate, ut patebit.

Item dicit Albumazar in eodem tractatum et eadem differentiam quod Aquarius significat terras Alhavem et partes terre montium et Alcufa et Aligem et Alchind et terram Ferim. Et sicut habet ex partibus terrarum loca aquarum et fluminum et maria et omni locum aquosum

et vinearum et omni terram desertam et humidam, unde effectus coniunctionis apparebit in eisdem locis. Item dicit Albumazar ubi prius, quod Aquarius dominatur super quasdam regiones et hoc in quantum est ascendens earum id est, in constructione earum et hoc dominio speciali. Et sunt hee regiones videlicet Alcufa et Corsen, Alteilen, Eradia, Kaszalam, Malva. Item dicit Albumazar ubi prius, quod Aquarius dominatur super Armeniam et super quartam in directo eius. Sed per Tholomeum ubi prius, illa est 4 terre predicta igitur signum est quod fortior erit significatio effectus in illa 4 et illis terris. In omnibus igitur predictis regionibus apparebit effectus coniunctionis secundum magis et minus iuxta convenientiam complexionis earum cum significatione coniunctionis et cum significatione eclipsis; eo quod significatio eclipsis est maximi ponderis inter significationes omnium aliarum coniunctionum, et precipue apparebit effectus coniunctionis in omnibus locis que ponuntur prius in significatione eclipsis. Et quia significatio istius coniunctionis est pro maiori parte conveniens significationi eclipsis et precipue in caristia ex humiditate ut dicetur, ideo effectus coniunctionis ex humiditate proveniet in terris nostris et ex parte siccitatis in regionibus meridionibus quas prediximus. Item secundum Albumazar in eodem libro coniunctionum tractatu primo, differentia 2^{a} quia ista coniunctio ceciderit in triplicitatem aerea videlicet in Aquarium fortitudo effectus erit in

489 id est...earum *i.m.* D

plaga septentrionali. Ideo sicut dictum est in significatione eclipsis, timendum est in terris nostris de caristia annone ex humiditate.

Iam restat videre quando eveniet effectus significatus per istam coniunctionem et quamdiu durabit. Pro quo sciendum est iuxta Albumazar in De magnis coniunctionibus tractatu primo, differentia 2^{a}, quod ista coniunctio ex quo fuit in triplicitate aere si fuisset signum magne mutationis ut mutationis secte vel regni videlicet si mutata fuisset coniunctio de triplicitate in triplicitatem. Tempus apparitionis significationis eius fuisset post 4 coniunctiones ab hora mutationis. Sed cum ista coniunctio non fuit huius ideo suppono ad presens eundem modum operandi in ista coniunctione quem ponit Tholomeus de tempore eclipsis, videlicet per horas inequales inter ascendens coniunctionis et locum coniunctionis. Sed cum coniunctionis locus fuit in 10^{a} domo in fine non distans ab 11^{a} domo nisi per medietatem unius hore 4 hore inequales et unam medietatem hore fuerunt inter ascendens et locum coniunctionis, que significant quod 4 anni et dimidie erunt post coniunctionem antequam apparebit significatio propria eius tamen quia fuit simul cum eclipsi. Et eius significatio concordat cum significatione eclipsis, participabit cum significatione eclipsis per totum tempus quo apparebit significatio eclipsis et augmentabit significationem eclipsis; tamen eius significatio propria deducta significatione eclipsis

531 4 hore inequales S *inter.* D
532-3 fuerunt...coniunctionis S *i.m.* D

apparebit post 4 annos et dimidie a tempore coniunctionis.

Et quia Albumazar in tractatu 2° De coniunctionibus frequenter ubi inquerit tempus durationis regni vel vite regis quando videlicet coniunctio est significatio magne mutationis, inquerit illud tempus ex quantite que est inter ascendens et locum coniunctionis dando aliquando unicuique signo annum et aliquando unicuique gradui annum aliquando unicuique gradui mensem secundum fortitudinem et debilitatem significatorum et locorum. Sed quia inter ascendens et locum coniunctionis fuerunt 3 signa extra 4 gradibus. Ideo duratio significationis propre coniunctionis erit per 3 annos fere a tempore quo inceperit apparere effectus. Unde eius effectus tractabitur infra tempus significationis eclipsis per unum annum. Sed iuxta sententiam Hali per 2 annos videlicet quod tempus durationis eclipsis deberet multiplicari per menses solares sicut enim 3 hore vel etiam 3 menses et due tertie mensis multiplicentur per 110 menses solares et si cuilibet anno darentur 12 menses erit tempus durationis effectus eclipsis 9 anni et 2 menses. Sed rationabilius videtur mihi, et magis iuxta sententiam Tholomei, operari per menses lunares quam per solares, quia Luna in circulo mense circuit zodiacum. Sed cum iam dictum sicut quod tempus durationis effectus eclipsis sunt iuxta estimationem meam 8 anni et 6 menses; et cum illi 6 menses participabunt de estate et autumpno. Et effectus eclipsis maxime vadit ad caristiam ex humiditate propter dominium

549-50 secundum...locorum *i.m.* D
566 effectus S *i.m.*D

Saturni et precipue ex humiditate in autumpno. Et vero sicut dictum est ideo verisimile est si in autumpno sic humiditas excellens, faciens caristiam. Illa caristia durabit per totum illum annum et sicut erunt 9 anni qui sunt etiam tempus durationis effectus eclipsis iuxta sententiam Hali. Unde breviter dico quod effectus propre significationis coniunctionis durabit a tempore quo inceperit, quamdiu durabit effectus eclipsis propter convenientiam eorum ad invicem et quia eclipsis dominatur super omnes alias coniunctiones, ut dicit Hali 2° Quadripartiti capitulo 4°.

Restat modo videre in quo genere eveniet effectus istius coniunctionis. Et quia locus coniunctionis fuit Aquarius, ideo cum Aquarius est de formis humana, ideo effectus coniunctionis maxime apparebit in hominibus; et similiter in omnibus hiis qui significat Aquarius qui prius dicta sunt de significatione eclipsis. Et quia sicut dictum est, Aquarius est signum septentrionale ideo significat terremotus et quia signum fixum, ideo significat fixionem boni vel mali. Similiter quia ascendens coniunctionis fuit Taurus, significat quod effectus coniunctionis apparebit in quadrupedibus et bovibus et huius. Et quia est signum fixum, significat fixionem in significatione sua. Item quia ista coniunctio fuerat in 10 domo significat effectum eius evenire in regibus. Sed quia significatio eclipsis et similiter istius coniunctionis et etiam coniunctio 2 infortunarum que precessit, vadit pro magna parte ad guerras et

interfectiones et ad mortalitates. Ideo signum est quod inter reges adveniet guerra.

Item dicit Messahalla in epistola sua De coniunctionibus capitulo 10°, quod si coniunctio Saturni et Jovis fuerit in aliquo angulorum et precipue in 10 domo significat elevationem regis in regionibus illius signi et victoriam et dominationem eorum si signum illud fuerit fortunatum. Sed sic est in proposito igitur reges earundum regionum victoriam et dominationem optinebunt super alios reges, et erit malum aliis regionibus super reges eorum. Sed quia allegatum est prius per Albumazar in eodem libro De coniunctionibus tractatu 4°, differentia ultima, quod Aquarius dominatur super terras aquosas specialiter et locum fluminorum et marium. Et regio nostra scilicet Anglia est quedam insula situata inter maria et circumdata aquas. Significat quod rex nostre optinebit victoriam super inamicos suos ex causam predictam.

Item quod illud sit verum quod allegatum est a Messahalla, similiter patet per Albumazar in tractatu 7° De coniunctionibus magnis differentia 10ª, ubi dicit quod cum fuerit locus coniunctionis vel proveniet directo in aliquo anno ad 10 domum significat in regionibus que sunt de significatione illius signi quod reges et magnates sunt famosi et strenui milites et audaces. Et significat in eis ad questionem regni et fame et laudis et iustiam eorum, et advenient eis res que non advenerunt eis ante et populus eorundem regum honorabit eos.

598 et ad mortalitates *i.m.* D

Modo restat videre cuiusmodi effectus eveniet per coniunctionem vel bonus vel malus. Pro quo sciendum est quod hoc scietur a domino loci coniunctionis et a domino ascendentis. Dominus locis coniunctionis fuit Saturnus, unde eius significatio ut dictum est. Principaliter vadit ad caristiam et ad bella et ad mortalitates et infirmitates de natura eius in significatione eclipsis, et similiter in significatione istius coniunctionis. Et quia coniunctio 2 infortunarum precedentis significavit bella, ideo in proposito significat illud idem Saturnus. Et generaliter quicquid significat in eclipsi significat modo ex causis predictis.

Item dicit Albumazar in <u>De coniunctionibus</u> tractatu 5°, differentia prima, Saturnus cum dominatur in coniunctione Saturni et Jovis, vel etiam in coniunctione Saturni et Martis, si fuerit illa coniunctio alicuius magne significationis, et si fuerit aliqua earum coniunctionum in signo forme humane, vel habeat significationem super formam humanam, significat quod accident hominibus egritudines diuturne et precipue ex superfluitate humiditatis, et guerre et bella et fuga in eis et interfectiones regum, et eo fortius quia coniunctio fuit in domo regia. Et si fuerit eius significatio in forma bestiali significat quod dixit Tholomeus de significatione eclipsis, et similiter illud idem intellige de arboribus et fructibus et in quibuscumque aliis rebus et in illo loco totaliter quasi concordat Albumazar cum Tholomeo. Et dicit

632-3 et ad...natura eius *i.m.* D

ibidem quod si fuerit in Aquario significat mortem hominum et rumores terribiles et pluvias et ventos multos et terremotum et caristiam. Et sic per Albumazar ubi prius tractatu 4°, quia locus coniunctionis fuit Aquarius erit 4 vernalis mediocris in frigore cum nimio calore in estate et cum calore in autumpno. Sed hee intelligenda sunt in comparatione ad principalem significationem coniunctionis. Item erunt tonitrua, coruscationes et pluvie et multum frigus in 4 yemali. Item dicit Julius Firmicus libro 3°, quod Saturnus in 10 domo constitutus specialiter habet significationem super reges et nobiles. Et intelligens illius patet ex sequentibus.

Item dicit Hali Abenragel quod coniunctio Saturni et Jovis significat mortem magni regis. Ex multis igitur auctoribus patet quod ista coniunctio habet magnam significationem super reges et secundum quosdem significat bonum in regibus et secundum alios malum. Ideo in proposito maxime respiciendum est ad radicem significationis et quia radix est malus et infortunus. Ideo coniunctio significat malum in quibusdem regibus ut dictum est et non obstante significat bonum in quibusdem ut patet ex predictus.

Item qualitas effectus istius coniunctionis debet accipi a significatione domini ascendentis ut dicit Albumazar ubi prius, quasi ubique, sed dominus ascendentis coniunctionis fuit Venus que est benivola et quasi contraria Saturno tamen propter magnum dominium Saturni effectus coniunctionis, sequitur naturam eius sed aliqualiter mitigabit maliciam eius. Et similiter eo, ideo ipse mitigabit maliciam eius similiter. Sed Sol fuit in Ariete in exaltatione sua et in sextili ab

breviter maxima pars effectus sequitur Saturni. Item quia Saturnus dominatur super Jovem, significat malum in illa coniunctione, ut dicit Messahalla in epistola sua ubi prius.

Item dicit Messahalla, ubi prius, quod si ista coniunctio fuerit in signo igneo vel aereo, significat siccitatem et gravitatem fori. Sed Aquarius est de triplicitate aerea igitur etc.

Item Mercurius quia fuit in Ariete in 18 gradu et in sextili a Saturno, quasi gradus per gradum eo quod Saturnus fuit in 19 gradu Aquarii, augmentabit multum maliciam Saturni. Et sciendum quod Mars in tempore istarum coniunctionum et eclipsis fuit elevatus super alios 2 ideo significat in hoc dominium eius super eos. Unde Mars super Saturnum in Aquario significat insultum inimicorum super terras Arabum cum multis pluviis. Et Mars super Jovem in Aquario significat multam pecuniam regi Babiloniis et incrementum plantarum cum mediocritate aquarum sic Jupiter fuit secundum Saturnum. Unde id significat in Aquario fertilitate multarum regionum et multas pluvias et nives. Ista patent per Albumazar 6° De coniunctionibus magnis differentia 11^{a}, sed hoc intellige iuxta convenientiam cum radice significationis. Item quia Jupiter fuit secundum latitudinem obsessus inter alios 2, significat magnum sequestrationem potentie sue.

Pro significatione coniunctionis Saturni et Martis est sciendum quod significatio specialis illius coniunctionis est ex guerris ut patet per Messahalla ubi prius, et similiter per Albumazar De coniunctionibus magnis tractatu 2°, differentia 8^{a}, et eo fortius quia

Saturnus dominabatur super Jovem et similiter dominabatur in eclipsi et in coniunctione magna. Et quia fuit coniunctio in Aquario apparebit in terris que sunt de significatione Aquarii quas diximus in significatione eclipsis et coniunctionis magne. Item quia fuit in signo aereo significat multitudinem ventorum ut dicit Messahalla ubi prius. Item dicit Albumazar ubi prius tractatu 2°, differentia 8^{a}, quod Aquarius habet significationem super limites Romanorum. Ideo effectus apparebit ibidem. Et quia fuit in Aquario significat bella inter Egiptios et Alcufa, ut dicit Albumazar ubi prius. Item per Albumazar ubi prius, quia fuit coniunctio in triplicitate aerea significat multos ventos septentrionales, magnum frigum, magnam siccitatem et multas infirmitates et multa bella cum magne effusione sanguinis. Item quia in ista coniunctione fuit ascendens Piscis, significat detrimentum piscium et etiam aquarum ex magna siccitate.

Unde dico breviter quod ista coniunctio multum addit in significatione guerras et similiter caristie ex siccitate super significationem eclipsis et coniunctionis magne et similiter in aliis significationibus quas significant Mars et Saturnus. Et apparebit effectus similiter cum effectu eclipsis et coniunctionis magne et in rebus quas dixi. Et dominus ascendentis istius coniunctionis fuit Jupiter qui non multum impediet effectum propter magnum dominium Saturni et Martis super eum. Sed aliqualiter temperabit maliciam eorum, eo quod dominabatur in coniunctione 2 luminarium que fuit in die sequente, et similiter quia dominabatur in ascendente predicte

coniunctionis ut predixi. Item Jupiter fuit dominus ille quarte per Tholomeum. Ideo in hoc iuvabit sed fortitudo effectus sequentur 2 infortunas. Item propria significatio istius coniunctionis que est ex guerra apparebit post 2 annos a tempore coniuctionis, quia coniunctio distavit ab ascendenti per 2 hores inequales. Et durabit effectus per unum annum postquam inceperit quia unum signum fuit inter ascendentem et locum coniunctionis. Unde in 3 anno post coniunctionem erit multa guerra, ut videtur, tamen propter dominium eclipsis et etiam coniunctionis magne apparebit effectus coniunctionis 2 infortunarum per totum tempus durationis effectus eclipsis et addit per totum tempus de significatione significatione eclipsis generaliter tamen et specialiter per unum annum predictum.

Item ista coniunctio significat necessario malum quia quiscumque illorum dominorum dominetur necessario est infortuna.

Pro significatione coniunctionis minoria scilicet Jovis et Martis est sciendum quod iuxta sententiam Messahalla in epistola sua De coniunctionibus in fine, ista coniunctio significat effectum que fuit ex pluviis et nubibus et coruptioni aeris. Unde multum addit super significationes eclipsis et aliarum coniunctionum in predictis, sed plus in caristia quam in aliis. Et quia fuit coniunctio in Aquario apparebit in eiusdem rebus quas dixi fore de significatione Aquarii. Et in tempore significationis eclipsis eo quod eclipsis dominatur super omnes coniunctiones ut dixi. Et libet Jupiter in Aquario habet triplicitatem et terminem Mars vero terminem tamen in proposito, cum Mars est fortior propter maius dominium eius in eclipsi et in

aliis coniunctionibus. Ideo effectus consequentur naturam suam. Et dicit Messahalla ubi prius, quod Jupiter et Mars, cum coniunguntur in ascendente anni, significant specialiter discordiam regum. Sed ascendens illius anni fuit Aquarius igitur et cetera.

Ex predictis patet quod effectus proveniens ex eclipsi et ex istius 3 coniunctionibus erit caristia et guerra, et prout dicit Messahalla mutationes regnorum, et multe infirmitates et tempestates in temporibus et locis predictis, magna mortalitas et magna corruptio aeris, et alia mala que predixi. Et hoc precipue quia coniunctio ista fuerat maxima, nam ut dicit Messahalla in epistola sua capitulo 9°, coniunctio maxima est quando omnes 3 superiores coniungunt in una facie vel uno termino alicuius signis scilicet in 2 facie Aquarii. Et quia Aquarius est signum aereum iste coniunctiones significant magnam corruptionem in aere et alia mala que sunt de signification Aquarii ex caristia et mortalitatibus et infirmitatibus. Et quia Aquarius est de forma humana specialiter significat mala accidere hominibus que provenient ex corruptione aeris cuiusmodi sunt mortalitas, fames et infirmitates et huius. Et quia eclipsis Lune universalis fuit simul cum istius coniunctionibus et significat hec predicta, significabit magnam fortitudinem in predictis significationibus.

789 3 *inter.* D 790-91 et prout...regnorum i.m. D

ADDENDA

A. The final third of the **Ea** text was rearranged in the following manner:

lines: 1-324
392-424
insertion
336-391
428-450

At line 424 this paragraph is inserted:

Et quia in hora eclipsis latitudo Lune fuit meridionalis significat quod effectus eclipsis apparebit magis in meridiem sic Saturnus cognoscit Tholomeus 2^{i} Quadripartiti capitulo 12°, flatum ventorum scilicet ab ea parte ad quam latitudo Lune magis declinat. Item loca principalia ut patet ex predictis fuerit ista Aries, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius et Aquarius. Sed Libra, Scorpio, Sagittarius et Aquarius sunt signa meridionalia et aries est de triplicitate septentrionali primo Quadripartiti capitulo 19° et tamen Leo et Virgo sunt signa septentrionalia qui non sunt in proposito tamen ponderanda sicut Libra et Aquarius et cetera ut patet. Ideo sequitur quod effectus eclipsis magis apparebit versus meridiem et precipue propter signum Aquarii ad reputo magne significationis in proposito quia propter latitudinem Lune meridionalem in hoc eclipsim nam eclipsis fuit in Capite Draconis.

B. Part of the account of the 1345 events in Summa II.12.2 resembles the concluding paragraph of the prognostication (lines 793-814):

Ex predictis patet secundum sententiam Ptholomei et Messahalla et Albumazar quod effectus proveniens ex eclipsi Lune predicti et ex istis coniunctionibus magnis fuerant guerre et combustiones et prelia magna et fuga in eis, magna corruptio aeris et magna mortalitas et multes infirmitates, sicut febres acute et cotidiane, caristia et

fames valida in multis regionibus, terremotus et fortitudo ventorum et tempestatum in temporibus et locis predictis, et multa alia mala. Et hec omnia contigerunt infra 3 annos post predictes coniunctiones sicut ostensum est supra. Et hec coniunctio trium superiorum fuerat maxima, coniunctio maxima est cum coniuncti fuerint omnes 3 superiores planete in uno termino vel facie alicuius signi et aspexerit eos Sol...Sed hec coniunctio predicta trium superiorum fuit in 2 facie Aquarii et Sol aspexerit eos de sextili...Et quia Aquarius est signum aereum in quo fuerat illa coniunctio magna, ipsa significavit magnam corruptionem in aere et alia mala que dixi de natura Aquarii, ex caristia et mortalitatibus et infirmitatibus. Et quia Aquarius est de forma humana significabant predicte coniunctiones una cum eclipsi predicta mala ex corruptione aeris provenienti prout ego scripsi anno Christi 1345.

C. After line 181 the **Eb** text becomes a drastic abbreviation of the prognostication, and seems to have been founded entirely on the Summa account. I do not think it necessary to include the remainder of **Eb** here.

II

Pronosticatio coniunctionis Saturni et Martis, 4 gradu Arietis, 23 die Marcii; eclipsis Lune universalis 17 gradu Capricorni, primo die Julii; coniunctionis Jovis et Martis, gradu Cancri, 7 die Augusti anno Christi 1349.

Sicut dicit Haly 2° Quadripartiti Tholomei capitulo 6°, cum fuerit eclipsis vel coniunctio alia magna que fuerit magne significationes, respiciendum est ad omnes coniunctiones magnas et eclipses postea contingent infra tempus significationis illius eclipsis vel coniunctionis magne, quia, ut dicit Haly, una eclipsis vel coniunctio prius facere quod aliam virtutem amittet vel augebit in ea. Cum ergo in anno Christi 1345 in Marcio apparuit quidam coniunctio maxima (secundum intentionem Messahalle in epistola sua De coniunctionibus, nam illa coniunctio fuit trium planetarum in 2 facie Aquarii) et simul cum illa coniunctione apparuit quedam eclipsis, significaverunt guerras et combustiones et prelia et fugam in eis et invasiones regnorum, magnam mortalitatem hominum et infirmitates multas de natura Saturni et magnam coruptionem aeris cum magna caristia annone, terremotus et tempestates validas, prout ego scripsi in principio eiusdem anni 1345 de significationibus predicte coniunctionis magne et eclipsis predicti. Et hec omnia nimis habentur; contingerunt infra 3 annos, prius sicut satis experti sumus.

Unde cum in anno Christi 1349 in Marcio, completis de Marcio 22 diebus, 10 horis et 16 minutis erit coniunctio Saturni et Martis in Ariete et infra radios Solis. Et in eodem anno in primo die Julii incipiendo

12 aliam *i.m. cod.* 19 invaciones *cod.*

diem a meridie diei precedentis, sicut faciunt astronomi, completis de illo die 11 horis et 43 minutis erit eclipsis Lune vel valde, eo quod quantitas diametri Lune eclipsata in medio eclipsis continebat puncta 12 et 47 minuta et 43 secunda; et durabit eclipsis per 3 horas et 42 minutos. Et erit illa eclipsis in 17 gradu Capricorni. Et mense Augusti eiusdem anni, completis de Augusto 6 diebus, 21 horis et 49 minutis erit coniunctio Jovis et Martis. Diligenter ergo respiciendum est ad illas coniunctiones et ad illam eclipsim numquid addant vel minuant super predictis significationibus eclipsis et coniunctionum magnarum que apparuerunt anno Christi 1345. Diligenter quoque respiciendum est ad revolutionem predicti anni 1349 ad sciendum qualitatem illius anni, pro quo sciendum est quod in introitu Solis in Arietem, sive in introitu illius anni Christi 1349 non erit aliquis planeta in ascendente habens ibidem dignitatem nec in 10 domo nec 7, nec in 4, nec in 11, nec in 9; sed in 3 domo erit Sol in primo minuto Arietis in exaltate sua. Et ipse Sol erit dominus illius anni secundum intentionem Albumazar in libello suo <u>De floribus</u> in principio. Et proponetur Sol Jove, qui erit in 5, eo quod Jupiter erit in exilio suo. Et erunt locum planetarum et 4 anguli ac relique domus sicut ponuntur in hac figura. Ascensus vero illius anni erit scilicet 5 gradus Capricorni, cuius dominus est Saturnus qui pro tunc erit sub radiis Solis et casu suo, et hoc significabit magnam sequestrationem potentie Saturni in participatione dominii illius anni. Et quia Sol erit in domo cadente significabit quod ille annus erit instabilis et multe varietatis, et erunt in eo multe infirmitatis, sicut dicit auctor libri qui dicitur

Hexaffenon. Et similiter ratio hec ostendit et eo fortius erit hec quia Saturnus erit cum Sole in Ariete iunctus ei et Mars in Piscibus infra radios Solis. Item secundum Albumazar 8° De coniunctionibus magnis differentia prima, quia ascensus istius anni erit signum mobile, significabit multitudinem alterationis in illo anno. Ut secundum Albumazar 5° De coniunctionibus magnis differentia 3ª, significatio propria Solis est reges consequi nocumentum et mortem plebi advenire et commotionem inimicorum ab omnibus terris et annus infructuosus erit. Hec ille de hiis igitur omnibus timor erit in illo anno predicto. Item dicit Albumazar 4° Maiori introductorio differentia 6ª, quod Sol per aspectum est bonus et per coniunctionem est malus. Et ulterius in eadem differentia dicit Albumazar quod Sol per suam siccitatem et sui motus celeritatem necnon et diversitatem esse illius in temporibus recipit a planetis qui ei complectuntur coruptionem et mutationem et mundo eas reddit. Sed quia in introitu illius anni Saturnus et Mars erunt cum Sole et circa principium illius anni erit coniunctio Saturni et Martis infra radios Solis in Arietis, timendum erit in illo anno de predictis malis, precipue de malis provenientibus ex siccitate corruptiva. Et secundum Albumazar 5° De coniunctionibus magnis differentia 3ª, multiplicabuntur bestie et erit effusio sanguinis in parte occidentis et nobiles fient pauperes et pauperes fient divites. Et scito quod non obstante quod Sol est, fortitudinem et vitam universalem significat, prout dicit Albumazar 4° Maioris introductorii differentia 6ª; tamen quia continget infortunis et in dominio cadentis significabit malum

63 Rexaffenon **cod.** 78 sceleritatem *cod.*

in illo anno. Sed quia due fortune, Jupiter videlicet et Venus, aspicient Solem de sextili aspectum temperabunt multum maliciam illius anni. Mercurius vero, quia iungetur Marti in Piscibus videlicet in exilio suo, et aspiciet Solem de sextili, multum addet de malo secundum naturam Martis; et sic timendum erit illo anno propter dominium Solis et propter participationem Saturni, Martis et Mercurii cum Sole, de infortunis provenientibus ex siccitate corruptiva, scilicet de caristia proveniente ex siccitate in terris siccis et multis infirmitatibus calidis et siccis in hominibus, ac etiam de guerris et combustionibus et preliis et effusione sanguinis; et eo fortius quia coniunctio Saturni et Martis, que erit eodem anno in Marcio, hec eadem significabit. Et secundum Abraham Avenazere in libro De coniunctionibus et annorum revolutionibus capitulo 10°, quia Luna in oppositione duorum luminarium in medietate precedente in introitu illius anni, non multum distabit ab oppositione duarum infortunarum, significabit malum et mundo de naturis earum; et ut Abraham dicit, Saturnus in isto casu significabit infirmitates, rancores quoque et turbationes in mundo. Mars vero significabit bella et pugnas. Et erunt planete et 12 domus in predicta oppositione luminarium in medietate precedente in introitu anni sicut ponuntur in hac figura.

Et secundum Abraham, ut supra capitulo 9°, domo significabit malum in choleri terre; et eo fortius quia tunc oppositione tunc Lune existenti in ascendente que significat super vulgus. Et secundum Abraham, ut supra capitulo 15°, quia Mars erit in illa oppositione in angulo aspiciens aspectu inimicitie et habens dignitatem in

116 pungnas *cod.* 122 wlgus *cod.*

ascendente, significabit bella et effusionem sanguinis. Et secundum Haly Abenragel libro 8° capitulo 6°, quia in predicto oppositione Lune erit impedita ex oppositione infortunarum, significabit malum populo; et quia Luna opponetur dominio 8 domus significabit infirmitates et mortem in populo secundum naturam infortune. Et secundum Haly Abenragel, ubi supra capitulo 2°, et sententiam Messahalle et Albumazar in suis libris De revolutionibus annorum mundi, quia Luna separata ab oppositione predicta applicabitur primo per oppositionem Saturni, significabit caristiam et multa mala; et quia infortune que infortunabit Lunaque in eadem oppositione et precipue Mars habebit commixtionem cum Mercurius, significabit infortunam magnam. Et secundum Messahallam in libro De annorum revolutionibus, quia malus impediens erit in occidente, erit impedimentum et malum in parte occidentis; et quia malus erit in septentrione significabit malum ex bellis et contentionibus. Et secundum Haly Abenragel ubi supra capitulo 3°, quia luminarium maius in predicta oppositione et superest in introitu anni applicabit ad duas infortunas, vel saltim erit cum eis, significabit lites et guerras inter reges, et precipue quia erit dominus anni. Et secundum Haly Abenragel ubi supra capitulo 6°, quod Mars in predictis oppositione erit appodiatus et fortis, scilicet in domo 7, significabit quod genus alicuius terre vincent inimicos suos; et quia erit combustus significabit guerras et combustiones et effusiones sanguinis et febres. Item secundum Haly ibidem capitulo 13°, quia Mars in predicta oppositione erit in angulo movebit guerras et lites et interfectiones in hominibus. Et secundum Haly Abenragel ubi supra capitulo prima, quia

ascendens oppositionis et eius domus a Luna existens et eo dampnabuntur a Marte, significabit dampnum et malum et multas infirmitates de natura Martis. Et secundum Haly Abenragel ubi supra capitulo 4°, quod in predicta oppostione ascendens et eius dominus erunt infortunati et dampnati significabunt dampna in regibus et malis hominibus. Et scito quod per 3 menses circa introitum anni non multum distabunt Saturnus, Mars et Mercurius a Sole, ideo in tribus coniunctionibus luminarium circa illum introitum anni in transitu Lune per eos. Universale est quod erunt multa tonitrua, coruscationes et fulmina, vel saltem grandines aut venti aut tempestates valide, secundum naturam Saturni et Martis. Et forte hec eadem vel aliqua eorum accident circa 3 oppositiones luminarium tunc contingente. Et propter dominium Solis et Martis accident similiter cum hiis in estate magnus calor et magna siccitas aeris. Jupiter vero in predictis oppositione luminarium erit in 10 Geminorum et in 10 domo; sed propter magnum dominium Solis et Martis, et quia aspiciet eos de aspectu inimicicie, scilicet de quarto et erit exilio suo, non multum temperabit maliciam istius anni, et ideo non proficiet. Sed fortitudo effectus istius anni consequetur naturam Solis et Martis.

Pro significatione coniunctionis Saturni et Martis qui erit in Marcio cito prius introitum illius anni, completis de Marcio 22 diebus 10 horis et 16 minutis, est sciendum quod iuxta sententiam Messahalle in epistola sua capitulo 11°, et similiter iuxta sententiam Albumazar 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 8ª,

175 Geminorum et in 10 domo *i.m. cod.*

coniunctio Saturni et Martis specialiter significat eventus qui fuerint ex guerra et bellis et contrarietatibus. Hec ergo coniunctio eorum hec eadem significabit, et eo fortius quia erit in signo igneo, eo quod signa ignea significant guerras et combustiones et prelia, prout dicit Messahalle et Albumazar et Abraham Avenazere in suis libris De revolutionibus annorum mundi in multis locis. Item secundum Messahallam in epistola sua, ubi supra, coniunctio Saturni et Martis significat mala provenientia ex siccitate coruptiva. Hec ergo coniunctio eorum huius mala significabit, et precipue caristiam et famem provenientem ex siccitate, et fortius in terris, et in partibus meridionalibus quam in terris nostris septentrionalibus, eo quod raro vel numquam accidit caristia annone in regionibus nostris ex siccitate, sed potius ex humiditate excessiva in partibus anni non debitis. Et eo fortius significabit predicta coniunctio duarum infortunarum caristiam et famem, quia erit in signo igneo. Dicit enim predictis Abraham in libro suo De coniunctionibus et de annorum revolutionibus capitulo 10°, quod omnes sapientes astronomorum dicunt quod signa ignea et aerea significant caristiam fructuum et famam per mundum. Et secundum sententiam Mansorum in suo libello Capitulorum, cum due infortune iunguntur et Luna iungitur Saturno erunt fames per mundum; et si iungatur Luna Martis erunt multa prelia et magna effusio sanguinis et hoc non fallit. Hec Mansor. Sed cum hac coniunctione Luna non multum distabit ab eis, hec eadem provenient ex coniunctione predicto. Et Haly Abenragel libro 8° capitulo 25°, quia Mars iungetur Saturno, Martis significabit lites et interfectiones. Et capitulo 4° dicit predictus Haly quod coniunctio Martis cum Saturno

significat mortem senium et litus et prelia. Et secundum Messahalla in epistola sua in diversis capitulis, scilicet 9°, 10° et 11°, quelibet coniunctio magna quorumcumque planetarum superiorum si fuerit in signo igneo, significabit siccitatem et destructionem. Hec ergo coniunctio significabit illud idem. Et secundum Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia 8ª hec coniunctio erit in Ariete significabit guerras, et quia erit in 5 domo significabit destructione filiorum et multitudinem militum et armorum. Item secundum Albumazar ubi supra, quia hec coniunctio erit in signo exaltationis Solis, et Sol erit in eodem signo, scilicet in Ariete, consequntur cives climatis Solis, scilicet climatis quarti malum et interfectionem et destructionem. Ex predictis patet quod hec coniunctio Saturni et Martis significabit guerras, combustiones et prelia, magna siccitatem corruptiva in aere, unde provenient caristia et fames et multe infirmitates calide et sicce. Et plus contingunt hec in terris meridionalibus quam in terris nostris septentrionalibus, propter causas predictas. Et eo fortius accident hec mala, quia Mars in hac coniunctione dominabitur super Saturni, eo quod signum coniunctionis eorum erit domus Martis et casus Saturni. Et preter hec Mars elevabitur super Saturnum, nam latitudo utriusque eorum hora coniunctionis erit meridionalis, sed latitudo Saturni erit meridionalior latitudine Martis. Latitudo enim Saturni erit unus gradus et 5 minuta, sed latitudo Martis erit tamen 4 minuta. Et ascendens huius coniunctionis erit 19 gradus Scorpionis, qui est domus Martis. Propter istas causas iam dictas Mars in hac coniunctione vendicabit sibi dominium. Et ideo secundum intentionem Tholomei

2° Quadripartiti capitulo 7°, et secundum intentionem Albumazar 5° De coniunctionibus magnis differentia 3ª erit causa detrimenti provenientis ex siccitate generaliter. Et secundum Hali super eodem capitulo Tholomei, erunt ire magne et multe crudelitates; et erunt inter homines prelia et lites et combustiones et captivationes et depredationes, ire regum et turbationes hominum. Et secundum Tholomeum accidunt calores magnis et ventis validi, calidi et peremptorii; unde et in rebus ad usum hominum pertinentibus, scilicet in animalibus et in fructibus terre, accidet detrimentum magnum aut per nimiam siccitatem aut per inflamationes caumatis aut per locustas. Et secundum Tholomeum contingunt hominibus mors subita et febres tertiane et spuere sanguinem, et maxime contingunt hec in adolescentibus hominibus. Sed est hic advertendum quod sicut frequenter dictum est, hec coniunctio significabit magnam siccitatem in aeris; unde cum ista pestilentia hominum tam horribilis, que duravit continue per istos tres annos elapsos in diversis terris, proveniebat ex dominio Saturni, qui dominabatur in eclipsi Lune et in coniunctionibus magnis que apparuerunt anni Christi 1345. Et quia Saturnus non obstante quod sicut siccus naturaliter, per accidens tamen maxime significat pluvias et tempestates et corruptionem humidam. Sicut patet ex intentione Albumazar 4° et 7° Maioris introductorii in diversi capitulis, verisimile est quod hec pestilentia et mortalitas hominum proveniebat ex corruptione humida que causabatur a Saturno. Et experimentum ducit nos ad hoc, eo quod quolibet annorum trium preteritorum a tempore coniunctionum magnarum et eclipsis Lune predictarum, que apparuerunt predicto

anno Christi 1345, humidum nimium excessit humorum in temporibus anni non debitis, sicut constat satis. Sed cum hec coniunctio duarum infortunarum futura significabit magnam siccitatem aeris, et in ea dominabitur Mars, significabit forte abscisionem et destructionem istius pestilentie et mortalitatis iam instantia. Et eo fortius quia Sol in hac coniunctione coniungetur Saturno et Marti, que significat incrementum et salutem et vite conservationem. Et similiter ipse Sol erit dominus istius anni futuri, sicut dictum est. Et propter has causas ipse Sol temperabit maliciam istius coniunctionis et iuvabit ad abscisionem istius mortalitatis, sed infirmitates multas siccas significabit hec coniunctio, sicut dictum est. Et sic coniunctio ista, quod erit mala et infortuna, significabit forte bonum per accidens corrupendo istam mortalitatem hominum. Sed alia mala que dixi, scilicet guerras et combustiones et prelia et caristiam annone et famem significabit hec coniunctio, et eo fortius quia coniunctiones magne et eclipsis Lune anni Christi 1345 a quibus proveniebat radix omnium istorum malorum significabant ista mala. Et hec coniunctio futura duarum infortunarum erit infra tempus significationis predictarum coniunctionum et eclipsis, sicut satis patet per ea que scripsi de earum significationibus. Et propter dominium Martis et Arietis accidunt predicta mala que significabuntur per coniunctionem infortunarum proximo futuram in Britannia Galatia, Germania et Barsania et Palestina, Ydumea et Judea et in Profunda Syria, sicut patet ex intentione Tholomei et Haly 2° <u>Quadripartiti</u> capitulo 3°. Et secundum Albumazar 4° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia ultima in fine, Aries habet ex terris et

regionibus et provinciis Persiam, Arabigen, Britanniam, Galatiam, Carmen, Germaniam et Palestiniam. Et Mars preest Assem et terram Romanorum usque ad occasum. In hiis ergo omnibus terris et regionibus apparebunt effectus predicte coniunctionis, et precipue apparebunt in 3 climate super quo dominabitur Mars. Item iste effectus plus apparebunt in regionibus meridionalibus quam in septentrionalibus, propter causas predictas. Sed quia Aries est signum septentrionale quidem effectus predicti, scilicet guerre, combustiones et prelia et huius, apparebunt multum in regionibus occidentalibus, sed caristia et fames, si quam fuerit, plus apparebit in regionibus meridionalibus. Et secundum Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia 8ª, quia ista coniunctio erit in signo mobili significabit festinationem istius coniunctionis. Unde et in isto eodem anno Christi 1349 apparebit effectus coniunctionis. Et secundum Messahallam in epistola sua capitulo 22°, si fuerit coniunctio Saturni et Martis in aliquo angulorum, durabit effectus eius usque ad proximam coniunctionem eorum. Sed cum hec coniunctio erit in domo sequente, scilicet in 5 domo, et effectus istius coniunctionis erit ex siccitate, que fortiter significabitur per hanc coniunctione, eo quod Sol, qui erit illius coniungetur duabus infortunis in hac coniunctione earum. Unde et coniunctio istorum 3 planetarum scilicet Solis, Martis et Saturni et valde fortis, et precipue quia erit in Ariete et in domo Martis et in exaltatione Solis et in signo igneo, significabit ergo effectus predictus et durabiles et fortis valde que quidem effectus, ut estimo, durabunt usque ad proximam coniunctionem Saturni et Martis scilicet per 3 annos sequentes propter

causam predictam. Et in istis 3 annis erunt estates calide et sicce yemes vero frigide et gelide, eo quod Saturnus continue per istos tres erit in signo sicco, Ariete scilicet in Tauro. Cum tamen per 5 annos elapsos continue movebatur in signis humidis, scilicet in Aquario et in Piscibus, et ideo propter magnum dominium eius in predictis 5 annis causam in mundo humiditatem excessivam et corruptivam unde et ista horribilis pestilentia generabatur. Et ideo specialius modo habetur annos salubriores quam humidos, et cessationem atque abscisionem istius pestilentie deo auxiliate. Et secundum sententiam Tholomei et Haly 2° Quadripartiti capitulo 7° quia hec coniunctio erit in signo equinocali universali, sua significatio erit in fructibus cum oriri ceperit. Et quia erit in Ariete, apparebit effectus in 4 anni universali, et apparebit in animalibus quadripedibus et maxime in ovibus. Et scito quod in hora coniunctionis Jupiter erit in 14 gradu Geminorum in exilio suo; et ideo licet aspiciet locum coniunctionis sextili tamen non multum impediet maliciam coniunctionis. Sed sicut Abraham Avenazere in libro De coniunctionibus et annorum revolutionibus capitulo 5°, quibus aspectus Veneris minuit multum Martis. Cum ergo Venus erit hora coniunctionis in Aquario in sextilio a Marte minuet propter maliciam Martis et maliciam coniunctionis predictis. Sed fortitudo effectus consequentur Martem et Solem. Mercurius vero erit hora coniunctionis in 15 gradu Piscium, non aspiciens locum coniunctionis.

356 habere *cod.*

Et ideo non multum impediet nec multum promovebit effectum coniunctionis. Et erunt planete et 12 domorum hora coniunctionis predictis sicut ponuntur in hac figura.

Pro significatione eclipsis universalis Lune que erit eodem anno Christi 1349, in primo die Julii completis 11 horis et 43 minutis, est sciendum quod ista eclipsis erit in 17 gradu Capricorni. Et secundum sententiam Tholomei 2° Quadripartiti capitulo 3°, effectus istius eclipsis apparebit in regionibus Indie, Ariane et in Gedrusia et in Turcia, Macedonia et Illiria propter dominium Capricorni et Saturni qui est dominus eius in istius regionibus. Item secundum Albumazar 4° De coniunctionibus magnis differentia ultima in finem, Capricornus habet de regionibus et provinciis Ethiopiam, Macedoniam et litus maris quod sequitur Dyocisim Arabum et Alagnem et limites terre Romanorum. Et Saturnus preest Alchind et terram Ethiopum. In hiis ergo omnibus terris et regionibus apparebit effectus eclipsis. Et quia eclipsis incipiet in principio 2 hore noctis scilicet completis de 2 hora, 1 minuto et 58 secundis, incipiet effectus eclipsis in principio secundi mensis, scilicet in principio Augusti. Et durabit effectus eclipsis fere per quattuor menses eo quod tempus durationis eclipsis erit 3 hore, 46 minuta 26 secunda. Et hec omnia patent ex intentione Tholomei et Haly 2° Quadripartiti capitulo 6°. Et quia ista eclipsis erit in Capricorno, scilicet in domo Saturni, et Capricornus erit in 10 domum, et ascendens eclipsis erit primus gradus domus Tauri, cuius dominus est Venus, sequitur iuxta intentione Tholomei Quadripartiti capitulo 8°, quod Saturnus dominabit principaliter in ista eclipsi et deinde Venus. Unde significabit quod ratione

dominionis Saturni accidunt in 4 mensibus sequentibus eclipsis scilicet in Julio, Augusto, Septembri et Octobri frigus et venti validi, tonitrua, corruscationes et fulmina et magne tempestates, guerras etiam et prelia et fuga in eis sicut patet ex Tholomeo 2° Quadripartiti capitulo 8°. Sed Jupiter, quia participabit in dominio eclipsis, temperabit multum maliciam Saturni, eo quod efficit bonam temperantiam aeris de natura sua et salutem et omnem gaudium. Et secundum intentionem Tholomei 2° Quadripartiti capitulo 7°, quia locus eclipsis erit solstitale yemale, significabit nives, pluvias et gelu; et quia erit in medio celi Saturni et Martis significabit quod effectus apparebit in regionibus et erit guerra inter eos, et eo fortius quod predicta coniunctio Saturni et Martis significat guerras, unde et in hiis addet eclipsis super significationem illius coniunctionis. Item quia eclipsis erit in 10 domo apparebit effectus in ecclesiis et in secularibus. Et secundum Tholomeum ubi supra, quia locus Saturni erit Aries apparebit effectus eclipsis in eisdem rebus quos dixi in significatione coniunctionis Saturni et Martis de natura Arietis. Et erunt loca planetarum et 12 domus in medio eclipsis sicut ponuntur hic.

Et secundum Abraham Avenazere in libro De coniunctionibus et annorum revolutionibus, quia hora eclipsis Saturnus aspiciet locum eclipsis de quarto, et Mars de trino aspectum significabunt interfectiones et egritudines in mundo. Pro significatione coniunctionis minoris scilicet Jovem et Martis que erit in eodem anno Christi 1349 in Augusto, completis de Augusto 6 diebus, 21 horis et 49 minutis, est sciendum quod secundum intentionem Messahalla in epistola sua capitulo

ultimo, hec coniunctio minor significabit eventus que, fiunt ex pluviis, nivibus et corruptione aeris, et significabit guerras. Unde quia signum Cancri est signum aquea et est exaltatio Jovis, videtur quod Jupiter habebit magnum dominum in hac coniunctione. Et ideo significabit forte pluvias. Sed Mars quia dominabitur in predicta coniunctione Saturni et Martis, et quia erit super Jovem, eo quod eius latitudo erit septentrionalis, videlicet 15 minutorum, et latitudo Jovem erit meridionalis et 19 minutorum. Ipse Mars dominabitur super Jovem. Et secundum Albumazar 6° De coniunctionibus magnis differentia 4^a, quia Mars erit super Jovem in Cancro, significabit vehementem calorem et siccitatem aeris. Et preter hic propter Jovem significabit hec coniunctio pluvias et tempestates et corruptionem aeris. Et significabit Mars in hac coniunctione guerras et combustiones. Et quia Saturnus aspiciet locum istius coniunctionis de quarto addet malum de malicia istius coniunctionis. Et erunt planete et 12 domus in hac coniunctione sicut debent hic.

Ex predictis patet quod ex revolutione istius anni Christi 1349 et eius dominio sequitur quod in isto anno erit magna siccitas et calor magnus in estate. Frigus, gelu et nives in hyeme, tonitrua, corruscationes, fulmina et grandines et venti validi et tempestates temporibus debitis et precipue in tribus coniunctionibus luminarium circa coniunctionem Saturni et Martis. Et erunt hoc anno guerre et combustiones et infirmitates calide et sicce et caristia et fames ex siccitate in aliquibus terris. Ex coniunctione Saturni et Martis istius anni accidunt in tribus annis proximo sequentibus guerre, combustiones et prelia, captivationes, depredationes et interfecti-

ones, magnas siccitas, ex quo proveniunt caristia et fames et infirmitates multe calide et sicce ut febres et huius, tonitrua, corruscationes et fulmina multa et venti validi et magnus calor in estate et magnum frigus in yeme. Et ex eclipsi Lune universali accidunt in 4 mensibus predictis frigus et venti et tempestates magne, tonitrua, corruscationes et fulmina et pluvie et inundationes aquarum ut ex coniunctione Jovis et Martis accidit guerra et siccitas magna pluvie, que quandoque et tempestates et magna corruptio aeris. Dubitaret forte aliquis de predicta coniunctione Saturni et Martis posset esse aliquid dicere quod illa coniunctio nullo modo significabit predicta mala de natura Martis eo quod illa coniunctio erit infra radios Solis. Et sequestratur potentia cuiuscumque stelle existentis sub radios Solis, sicut patet ex intentione Messahalle in libro De revolutionibus annorum mundi, ut dicit quod cum planeta fuerit sub radiis Solis, recessit potentia eius et est similis pacienti.

Sed pro ista dubitatione sciendum est quod predicta mala significata per coniunctionem predictarum provenient principaliter ex calore et siccitate Martis, sicut dictum est. Sed cum Sol conveniat cum Marte in illis qualitates non sequitur quod impediet totaliter effectus predictos, sed mitigabit forte maliciam Martis pro parte, eo quod Mars nimis impetuose et nimis excessive operatur predictas qualitates. Sol vero benevolus est, secundum astronomos, et temperatus. Item quod Sol non impediet predictos effectus coniunctionis predicte, patet ex intentione Messahalle in epistola sua capitulo 9°, ubi dicit quod coniunctiones magne 3 planetarum superiorum

cum fuerint in una facie et aspexerit eos Sol, significant res maximas et magnas mutationes in mundo; eadem ratione predicta coniunctio Saturni et Martis, cum fuerit simul cum Sole, significabit effectus predictos, eo quod coniunctio erit fortissimus aspectus et preter hoc, quia Sol conveniet cum Marte in qualitatibus suis non impediet totaliter effectum suum.

Expliciunt iste pronosticationes 6° die mensis Februarii anno Christi millesimo ccc° xl° nono.

IIIa

Incipit tractatus Johannis de Eschyndene de significatione coniunctionis Saturni et Martis in Cancro que erit isto anno Christi 1357, octavo die Junii; et de significatione coniunctionis magne Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365 in 30 die Octobris hora 15, minuto 29.

Sicut dicit Ptholomeus in Centilogio propositione 50^{a} non obliviscaris 120 coniunctionum quas habent stelle erratice, in illis enim est maior scientia illorum que fuerint in hoc mundo effectus et defectus. Et cum eo concordat Messahalla in epistola sua De coniunctionibus capitulo 8°, dicens quod coniunctiones planetarum significant eventus et res maiores. Et hec eadem est sententia Johannis Hispalensis in suo Quadripartito parte prima. Et secundum sententiam Haly super eadem propositione 50^{a} Ptholomei qua prius, coniunctionum planetarum 120 sunt manereis: 21 coniunctiones de 2 planetis, totidem de quinque; de tribus vero 35, et totidem de quattuor. De sex planetis sunt septem maneries et de septem est maneries tantum una. Hec omnia

1 Asschynden A Eschinden E Esshynden H Esschyndon L / Eschyndene: quondam socii aule de Merton in Oxonia *add. c* / significatione *om.* A **2-6** in Cancro... minuto 29: anno 1365 Octobri A **6** Octobris: hora 15, minuto 29 *om.* D / 22 secundo *add.*L / Et incipit prologus *add.*D **7** Ptholomeus: philosophus D **8** obliviscaris: capitulum *add.*A causam *add.*D / coniunctiones E **10** defectionis DE **13-16** Et hec eadem est sententia Haly super eadem propositione 50^{a} Ptholomei qua prius. Et secundum sententiam eciam Johannis Hispalensis, ubi supra DE

etiam probantur per Abraham Avenare in libro suo De annorum revolutionibus.

Sed prout dicit Messahalla ubi supra capitulo 9°, res maxime et propalate eveniunt ex coniunctionibus planetarum altiorum, et hoc fit a tarditate motus eorum. Et hec eadem est sententia ipsius Albumazar in libro suo De coniunctionibus magnis tractatu primo, differentia prima. Cum ergo hoc anno Christi 1357° in mense Junii completis de eodem mense 7 diebus, 22 horis, et 30 minutis (incipiendo diem a meridie diei precedentis prout faciunt astronomi) erit coniunctio Saturni et Martis in signo Cancri, quod signum est signum mundi, prout dicunt astronomi, eo quod propinquissimum signum est nobis. Et anno Christi 1365° in mense Octobris completis de eodem mense 29 diebus, 14 horis, et 22 minutis, erit coniunctio Saturni et Jovis in signo Scorpionis, et in nova triplicitate que significabit valde magnas mutationes in mundo et accidentia grandia et terribilia secundum omnes astronomos loquentes de hac materia. Et ideo proposui scripsisse de significationibus istarum duarum coniunctionum. Distuli tamen scribere usque modo ut vidissem si aliqui de hac materia voluissent scripsisse. Multi enim in curiis magnatum de scientia astronomie se iactantes libros astronomie penitus ignorantes, sed in labores aliorum intromittentes tamen eorum scripta et pronosticationes in consultis libris astronomie respiciunt ea que sibi ipsis ascribunt, et ita se ipsos et alios pessime

29 38 minutis AEL **40** proposui: a diu *add.* A
42 si: alii *add.* D aliqui alii E

decipientes de accidentibus mundi erronie pronosticant et ipsam scientiam astronomie quod condolendum est miserabiliter diffamant.

Volo ergo in hoc tractatu de significationibus istarum duarum coniunctionum ex libris astronomorum aliqua pauca extrahere et ea pro communi utilitate conscribere et compilare, protestans me velle recitare dicta astronomorum nichil asserendo nec pronunciando de capite proprio, nisi quatenus ex libris astronomorum extrahi potuit et evidenter liquere.

Sed quis ego aut qui mei ingenii facultas de materia tam ardua et tam difficili tractare de materia quedem concernenti coniunctiones magnas planetarum altiorum que difficilima est inter omnes partes iudicialis astronomie. Merito ergo cum Egidio in principio De pulsibus suis, dicam ingenii vires modice conatibus impar materies onorosa; premissit prolixa figuris, ardua difficilis, nodosa, impervia parvis. Dico ergo cum Helyu, Job 32° capitulo demisso capite veritus sum vobis iudicare meam scientiam, precipue cum iam ab actibus scolasticis ac studiis tantorum tam difficilium scientiarum totaliter me dominati et ad curas et solicitudines seculares me transtuli que hiis temporibus super me multipliciter ingruentes cotidie me distrahunt ab actu scribendi. Si quid igitur in hoc opusculo erronie fuerit scriptum peto

50 dolendum EH 52 ergo modo de significationibus in hoc tractatu D 54 scribere A 55 et compilare *om.* c 56 astronomorum: super hiis coniunctionibus *add.* E super huiusmodi coniunctionibus recitare c nec pronunciando *om.* A 56-8 de capite...liquere *i.m.* L 59-93 Sed quis...in Cancro *om.* c 69 difficilium: atque subtilium *add.* A / scientiarum: iam a diu *add.* A 73-4 scriptum fuerit veniam peto A

veniam cum Albino de quo narrat Macrobius libro primo Saturnalium in prologo, quod cum idem Albinus res romanas erronie gratia scripturaret. Sum, inquit Auleus, romanus natus in Latino et eloquium Grecum a nobis alienissimum est. Loquitur veniam gratiamque male estimationis si quid esset erratum postulavit. Sic ergo veniam et gratiam peto si quid in hoc opusculo fuerit erratum tantum, precipue a sapientibus et prudentibus peto veniam si quid fuerit erratum et a veris professoribus huius preclare scientia astronomie, cuius amore langueo omino non timens imperitorum in hac scientia maliciosas et inutiles detractores sapientes enim secundum apostolum libenter sufferunt incipientes. Eorum igitur gratie et auxilio me committens, precipue auxilio et gratie ipsius qui docet hominem scientiam, aggrediar modo hoc opus quo potero. Dixi quoque scripsi modo quo potero, cum humanis inventionibus nichil sit ex omni parte perfectum, ut ait Priscianus in prologo maiorem voluminis. Ad significationes ergo predictarum coniunctionum me transfero incipiens a coniunctione duarum infortunarum in Cancro.

Significatio coniunctionis Saturni et Martis in Cancro, que erit hoc anno Christi 1357° in mense Junii completis de eodem mense 7 diebus, 22 horis et 30 minutis. Pro significatione istius coniunctionis est sciendum iuxta sententiam Albumazar libro 2° De coniunctionibus differentia 8[a], et ipsius Messahale

79-80 veniam peto et gratiam si A / hoc: libro D fuerit: sit A **81-2** peto...erratum *om.* A **83** langueo: correctionem requiro *add.* A **86** gratie et: consilio et *add.* A **93** incipiens a: coniunctione priori in ordine videlicet a *add.* A

in epistola sua De coniunctionibus capitulo 11°, quod speciales significationes coniunctionis Saturni et Martis que, secundum Messahalem ubi supra, vocatur coniunctio media, sunt guerre et prelia et contrarietates in mundo. Sed quia hec coniunctio erit in signo Cancri, scilicet in signo mundi, eo quod propinquissimum signorum est nobis, et quia etiam signum Cancri est detrimentum Saturni et casus Martis secundum sententiam Albumazar ubi supra, et similiter secundum sententiam Haly super Quadripartiti Ptholomei, capitulo 4°, ista coniunctio significabit accidentia magna et terribilia valde. Dicit enim Haly, ubi supra, quod cum due infortune coniunguntur in signo Cancri dampnant bonam significationem suam, eo quod opponitur Cancer domui unius eorum et est casus alterius. Et ideo crescit malum suum et fortificatur corruptio ista quod hec coniunctio habet significationem magnam corruptionis et depopulandi habitationes et preliorum et guerrarum, et maxime si eius virtus cum duorum luminarium virtutibus misceatur. Et Albumazar eadem differentia 8[a], commemorat 12 effectus magnos, scilicet ex guerris et mutationibus regnorum et morte regum, que contingerunt statim post coniunctiones duorum infortunarum in Cancro. Et dicit ibidem quod principium elevationis Machometi fuit in anno in quo fuit coniunctio duorum infortunatorum in Cancro. Ex hiis omnibus satis evidenter liquet quod hec coniunctio Saturni et Martis hoc anno in Cancro erit magne significationis et notabilis valde prout patebit

112 iunguntur D 121 contingerunt: scilicet continue *add.* E 125 omnibus: satis *add.* D

inferius. Et erit verus locus istius coniunctionis in 21° gradu Cancri et in 58° minuto eiusdem gradus. Et erunt vera loca ceterorum planetarum et dispositio 12 domorum circuli prout ponuntur in hac figura.

Ad habendum significationem istius coniunctionis principaliter quatuor sunt hic consideranda: Primo videlicet ubi eveniet effectus signatus per hanc coniunctionem; secundo quando eveniet et per quantum tempus durabit; tertio in quo genere rerum eveniet; et quarto cuiusmodi effectus accidet ex ista coniunctione, sive bonus sive malus. Istum modum procedendi habet Ptholomeus 2° Quadripartiti in diversis capitulis ubi supra, tractat de significationibus eclipsium luminarium. Et ibidem dicit quod accidentia grandia et effectus universales in mundo proveniunt ex eclipsibus duorum luminarium, ex locis ceterorum planetarum temporibus eclipsium. Et ibidem observat predictum modum procedendi et ordinem docendo modum pronosticandi de accidentibus mundi. Et de isto modo procedendi et isto ordine poterit esse talis versus: cur ubi seu quando, quibus et quid proveniendo. In hac ergo materia primo videndum est ubi accidet effectus illius coniunctionis. Pro quo est sciendum quod primo scietur ex signo coniunctionis, scilicet ex signo Cancri secundum Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 5°. Secundum Ptholomeum ubi supra capitulo 3°, Cancer cum Luna, que in eo dominatur,

132 Ad habendum... *inc.* V **133** principaliter in isto casu *om.* D **139** Ptholomeus: philosophus D **140** tractans LH **140-1** eclipsium luminarium: eclipsis V **146** Et de isto modo procedendi et *om.* A

habet significationem in Media, Carthedonia, Affrica, Bithinia, Frigia, et Colchia. In hiis ergo terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis, sive bonus sive malus. Idem dicit Albumazar 4° <u>De coniunctionibus magnis</u> in fine, quod 7 clima est ex dominio Cancri et Lune et hoc etiam concordat maiori parte astrologorum. Patet ergo quod in istis terris septentrionalibus apparebit effectus istius coniunctionis, et precipue in regno Francie quod est in finibus 7 climatis. Sed Abraisinus in libro suo <u>De annorum revolutionibus</u>, dicit quod septimum clima est Flandrensium et Anglorum in quo dominatur Luna cum signo Cancri. Unde dicit ipse Abraisinus quod homines istius terre sunt vagi et instabiles fortitudini et ludibrio expositi, nunc ad summum nunc ad imum delati, quia suo planeta girivago discrepare non possunt. Patet igitur iuxta sententiam Abrasini quod huius coniunctionis significatio apparebit in Anglia et in Flandria.

Item secundum Albumazar 4° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia ultima, Cancer habet ex terris terram Babilonie et Affricam, terram quoque Romanorum, Franciam Aureniam et Oriam. In hiis igitur terris apparebit effectus illius coniunctionis.

Item quia ascendens illius coniunctionis erit 12 gradus signis Virginis, apparebit etiam effectus istius coniunctionis in terris et regionibus que sunt sub dominio signi Virginis et sub dominio Mercurii qui etiam

154 significationem in: super V 155 Bithinia: Anthinia L
159 dominio: dominationi(?) V / concordat: cum *add.* V
162 est: quasi *add.* VE 174 Francorum D
177 quia ascendens: si affectus V

in signo Virginis dominatur. Unde secundum Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 3°, Mercurius cum Virgine dominatur super Mesopotamia, Babilonia, Assyria, et super Achaia et Creta, in hiis terris apparebit effectus coniunctionis. Et dicit Albumazar 4° De coniunctionibus magnis capitulo ultimo, quod secundum clima est Gog et Magog, et est clima Mercurii et habet ex signis Geminos et Virginem. Et dicit Haly Abenragel libro 8° capitulo 34°, quod clima Egipti est Mercurii. Et secundum Abraisinum in libro suo De annorum revolutionibus, 6 clima est regio Burgundorum et Francorum, in quo dominatur Mercurius convertibilis nature. Unde homines illius regionis sunt facundi, garuli, divites et filii avaricie parcitatem fingentes, ad quamlibet artem satis convertibilis. Patet ergo secundum sententiam Abraisini quod effectus istius coniunctionis apparebit in regionibus Francorum et Burgundorum. Et secundum Albumazar 4° De coniunctionibus magnis differentia ultima, Virgo habet ex terris terram Babilonie, terram Sur, terram insule, terram quoque Grecorum et Affricam. In hiis igitur omnibus terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis. Et dicit Haly Abenragel libro 8° capitulo 36°, quod Luna, secundum opinionem Romanorum, habet 6 clima et terram occidentis, Franciam et Hispaniam et Armeniam, usque ad Turcos et Montaneus; sed secundum opinionem Persarum Luna habet primum clima. Et dicit idem Haly ibidem quod Mercurius, secundum opinionem

182 capitulo 8° D 184 Achaia: Ellas *add.* A / Creta: Trosa *c* 198 ultima:quattuor E
206 primum: septimum V

Romanorum, habet Alexandriam, terram Grecorum et terram promissionis; et secundum opinionem Persarum habet 6 et 3 clima. Hec Haly Abenragel ibidem. In hiis igitur omnibus terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis, eo quod Luna et Mercurius dominantur in hac coniunctione, videlicet Luna in loco coniunctionis et Virgo in ascendente eius. Item quia in ista coniunctione Mars erit elevatus super Saturnum eo quod latitudo utriusque erit septentrionalis, sed latitudo Martis erit 18 minutis, latitudo vero Saturni erit 5 minutis. Sequitur iuxta sententiam Albumazar libro 6° De coniunctionibus magnis, et etiam iuxta sententiam Ptholomei et Haly 2° Quadripartiti capitulo 8°, quod Mars optinebit magnam dominium in hac coniunctione. Effectus igitur istius coniunctionis apparebit in terris et regionibus que sunt in dominio et significatione Martis. Quamquam hoc non fuerit de sententia Ptholomei et Haly 2° Quadripartiti, ubi loquuntur de locis ubi apparebit effectus eclipsis. Dicit itaque Albumazar 4° De coniunctionibus magnis differentia ultima in fine, quod tertium clima est Egipti et ipsum est Martis, et habet ex signis Scorpionem et Arietem. Et dicit idem Haly Abenragel libro 8° capitulo 34°, quod clima tertium est Martis; et ibidem capitulo 35°, dicit idem Haly quod Turkia est Martis. Et dicit Abraisinus in libro suo De annorum revolutionibus, quod tertium clima est regio Siriorum et terra promissionis in quo dominatur Mars. Unde ibidem erant prelia ab origine mundi ut legitur in Veteri Testamento. Hec Abraisinus.

218 Sequitur iuxta sententiam: sed secundum DE tertium: trachie D turcie E tracye R turchie V

Et dicit Haly Abenragel libro 8° capitulo 36°, quod Mars secundum dicta Romanorum, habet 7 clima, terram Turkorum et terram promissionis et Romam. Et secundum dicta Romanorum Mars habet terram Alexandriam et terram promissionis. Et secundum sententiam Ptholomei 2° Quadripartiti capitulo 3°, Mars cum Ariete gubernatur Britanniam, Galatiam, Germaniam, Barsaniam, Palestiniam vel Siriam profundam, Idumeam et Judeam. Et secundum sententiam Ptholomei ibidem Mars cum Scorpione gubernatur Mataganles, Mauritaniam et Getuliam, Siriam quoque et Capodociam. Et dicit Abraisinus, ubi supra, quod Mars preest terre Arsen et terris Romanorum usque ad occasum. In hiis ergo terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis propter dominium Martis in eis.

Ex predictis patet in quibus terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis propter dominium Martis secundum maius et minus. Sed est hic advertendum quod locus istius coniunctionis erit Cancer quod est signum maxime propinquum septentrioni inter omnia signa. Et ascendens istius coniunctionis quod est signum Virginis erit etiam signum septentrionale, et preter hec vero latitudo tam Saturni quam Martis erit septentrionalis. Sequitur igitur quod effectus istius coniunctionis magis apparebit in terris et regionibus septentrionalibus quam in terris seu regionibus meridionalibus. Et adhuc magis specialiter descendendo plus

239 Romanorum: Judeorum D **240** Ptholomei: philosophi D **247** Asseri V **248** ergo: omnibus *add.* D **249-53** propter...Martis *om.* AV*c* **260** septentrionalibus: de terris et reionibus predictis magis *add.* EV

apparebit effectus istius coniunctionibus in 7 climate et precipue in regno Francie et regno Anglie et in adiacentibus terris, sicut Flandria, Vasconia, Scotia, et Hybernia et aliis terris vicinis, propter sententiam prius dictam predictorum astronomorum, et precipue propter sententiam Abrasini predictam, qui maxime rationabiliter locutus est in hac materia, ponens Lunam dominari specialiter super Anglos et Flandrenses, propter convenientiam morum et conditionem eorum cum Luna, et Mercurium dominari super Francos et Burgundos propter convenientiam morum et conditionem eorum cum Mercurio.

Modo restat videre quando eveniet effectus, qui significabitur per istam coniunctionem, et quamdiu durabit quod est 2 principaliter considerandum in hac materia. Pro quo est sciendum quod specialiter scietur quando apparebit effectus istius coniunctionis ex horis inequalibus interceptis inter ascendens coniunctionis et locum coniunctionis secundum sententiam Ptholomei et Haly 2° Quadripartiti capitulo 6°, quod reputo quod eodem modo est operandum pro parte in coniunctionibus magnis et in eclipsibus. Sed adhuc specialius scietur quando apparebit effectus per gradus interceptos inter locum coniunctionis et ascendens coniunctionis secundum sententiam Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia 8^{a}, et primo De coniunctionibus magnis in diversis differentiis ubi pertractatur de mutationibus

267 predicti V **268** pono V **269** dominam E / Anglicos V **271-3** et Mercurium...cum Mercurio **om.** E **280** inter: in D **284** gradus interceptos: genum interceptum V **288** pertractat D

regnorum. Unde quia inter locum coniunctionis et ascendens eius erunt tres hore fere, sequitur iuxta sententiam Ptholomei et Haly, ubi supra, quod tres menses vel tres anni erunt antequam incipiet effectus istius coniunctionis iuxta hoc quod coniunctio fuerit maioris significationis vel minoris. Sed secundum sententiam Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia prima, quando fuerit coniunctio Saturni et Jovis in signis mobilibus significat mutationes communes. Et quando fuerit in signis fixis significat fixuram rei. Et eadem ratione sic erit de ista coniunctione Saturni et Martis, quod cum ipsa erit in signo mobili significabit mutationes communes. Preterea secundum sententiam omnium astronomorum signa mobilia significant festinationem rerum et signa fixa tarditatem earum. Unde quia ista coniunctio erit in signo mobili et non in fixo, et in domo sequenti ad angulum et non in angulo ille tres hore inequales intercepte inter locum coniunctionis et ascendens eius, significabunt tres menses qui erunt a tempore coniunctionis antequam incipiet effectus istius coniunctionis, si enim fuisset ista coniunctio in signo fixo et angulo ille tres hore inequales significassent tres annos futuros ante appartitionem effectus coniunctionis. Item quia inter locum coniunctionis et ascendens eius erunt 50 gradus intercepti, eo quod locus coniunctionis erit 21 gradus Cancri et ascendens erit 12 Virginis erunt 50 dies transacte a

294 maioris significationis vel minoris: et signum maioris mutationis vel minoris *add.* EV **301** Preterea secundum: Propter V **311-13** futuros...intercepti *om.* V **312** quia inter: queritur D

tempore coniunctionis antequam incipiet effectus eius. Nam secundum sententiam Albumazar in locis preallegatis illi gradus intercepti significabunt dies propter causas predictas. Sed est hic advertendum quod iuxta sententiam astrologorum quanto effectus maior significatur per coniunctionem aliquam magnam tanto tardius eveniet ille effectus et tanto diutius durabit. Et quanto minor effectus significatur per coniunctionem aliquam tanto citius eveniet et per minus tempus durabit. Ista enim est sententia ipsius Albumazar qui per totum 1 et 2 librum De magnis coniunctionibus. Unde dico quod illi effectus minores qui contingent ex ista coniunctione scilicet illi effectus qui concernunt temperiem aeris cito incipient. Ista enim coniunctio, prout patebit inferius, significabit multas tempestates ex ventis et tonitruis et corruscationibus et aliis consimilibus, qui effectus statim apparebunt, scilicet in corporali coniunctione Saturni et Martis, et nedum in corporali coniunctione eorum verum; et etiam statim quando Mars incipiet iungere et applicare se Saturno in signo Cancri quod erit circa 5 vel 6 diem mensis Maii. Si cum hoc Lune tunc temporis per transitum eius per Saturnum et Martem vel per eius aspectum iuvaverit ad hoc, ac etiam si alii planete ad hoc iuvaverit. Sed alii effectus maiores puta ex guerris et combustionibus et prelia et alii magni effectus consimiles tardius apparebunt, videlicet aliqui eorum apparebunt post 50 dies, aliqui etiam post

326-7 illi effectus: si V **335** incipiet: apparebit V **339** adiuvaverit *c*

tres menses a tempore coniunctionis, et aliqui etiam tardius, iuxta hoc quod fuerint maiores.

Restat modo scire quamdiu durabit effectus significatus per istam coniunctionem; hoc autem scietur ex fortitudine et debilitate coniunctionis. Cum enim coniunctio fuerit fortis, et planete dominatores in eadem coniunctione fuerint fortes, diutius durabit effectus significatus per ipsam coniunctionem, et cum fuerint debiles per minum tempus effectus durabit. Istud patet ex sententia Albumazar 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 3ª, ubi dicit quod si coniunctio magna fuerit in angulo, erit duratio effectus secundum quantitatem divisionis magne, et si fuerit in sequentibus angulis significabit divisionem mediam, et si fuerit in remotis significabit minorem divisionem. Item eodem libro differentia prima, dicit Albumazar quando coniunctio magna fuerit in signis mobilibus, significat mutationes communes, et quando fuerit in signis fixis significat fixuram rei, et si fuerit in signis duorum corporum erit res mediocris. Et eadem est sententia Messahale in epistola suo <u>De coniunctionibus</u> capitulo 9°, dicens quod coniunctiones planetarum, cum fuerint in signis fixis, significabunt stabilitatem mali et eius corruptionem, et cum fuerint in signis mobilibus significabunt paucitatem stabilitatis mali et eius corruptionis; et in signis communibus significabunt mediocritatem in malo similiter et in bono. Cum ergo hec coniunctio non erit in angulo sed in sequenti an-

343 etiam: ad huc R etiam ad huc EV

gulum, scilicet in domo 11, nec erit in signo fixo sed in signo mobili, non arguitur hoc de maxima fortitudine istius coniunctionis nec de maxima debilitate eius, sed quod medio modo se habebit quantum ad fortitudinem et debilitatem significationis sue. Et secundum sententiam Albumazar 1° et 2° De coniunctionibus magnis in diversis differentiis, ubi loquitur de durabilitate vicis aut secte aut regni et de duratione effectus alicuius magne coniunctionis, quantitas horum temporum erit secundum quantitatem annorum fardarie planetarum dominatorum in illa coniunctione magna significante mutationem vite aut secte aut regni. Cum ergo hec coniunctio medio modo se habebit quantum ad fortitudinem et debilitatem eius, duratio effectus istius coniunctionis erit secundum annos fardarie medios planetarum dominatorum in ista coniunctione.

Sed in ista coniunctione dominatores planete erunt Mars, Luna, et Mercurius, et anni fardarie medii istorum trium planetarum secundum Albumazar 7° Maioris introductorii differentia 8[a], sunt isti, videlicet Martis 40, Lune 39 et dimidii, Mercurii vero 48. Sed quia inter istos tres dominatores, Luna, que est domina loci coniunctionis, preferenda est secundum sententiam Ptholomei 2° Quadripartiti capitulo 5° et 8°, ubi attribuit principale dominium in eclipsi planete dominanti in loco eclipsis; et anni fardarii medii ipsius Lune sunt 39 et dimidii, ut dictum est. Patet

371 erit in signo *dupl.* D **380** fridarie *c*
390-1 videlicet...48 *om.* V **395** adhibuit V

igitur quod tot annis vel circiter durabit effectus istius coniunctionis. Nam quiscumque istorum trium dominatorum scilicet Luna, Mars, et Mercurius preferatur in dominio anni fardarie medii sui non multum discrepant a 40 annis: Martis enim anni medii sunt 40, Lune vero 39 et dimidii, et Mercurii 48. Patet ergo quod effectus illius coniunctionis durabit 40 annis vel circiter istud tempus.

Sed est hic advertendum quod anno Christi 1365, 30 die Octobris erit magna coniunctio Saturni et Jovis, de cuius significatione posterius tractabitur in isto tractatu, et illa coniunctio erit valde magne significationis ut patebit inferius. Patet ergo quod maxima fortitudo effectus istius coniunctionis Saturni et Martis apparebit et durabit usque ad illam coniunctionem Saturni et Jovis, scilicet per 8 annos fere. Dicit enim Haly super 2° Quadripartito Ptholomei, capitulo 10°, quod quando stelle ligaverint aliquid in principio anni illud ligamentum remanebit firmum per totum annum, nisi acciderit eclipsis illo anno vel aliqua alia coniunctio vel applicatio stellarum huic contraria. Cum ergo tempus durationis effectus erit 40 anni vel circiter, sequitur quod istud quod ligaverit ista coniunctio remanebit firmum per totum tempus, nisi alia nova coniunctio occurreret infra idem tempus, sicut illa coniunctio magna Saturni et Jovis predicta. Nichilominus fortitudo effectus istius coniunctionis Saturni et Martis durabit omnino usque ad illam coniunctionem Saturni et Jovis, scilicet per 8 annos fere. Et dicit Haly super eodem

416 manebit V 421 alia nova: aliqua V

2° <u>Quadripartito</u> Ptholomei, capitulo 6°, quod coniunctiones et oppositiones que fuerint in loco ascendentis movent opus primum, et illud inclinant ad bonam vel ad malum secundum illum qui dominatur. Si fuerit in loco quo sibi contrarietur, vel ille qui dominatur in eis sit contrarius ei qui dominatus, fuerit in eclipsi, prima accidet quod secundus faciet quod primus virtutem amittet. Si secundus fuerit fortior primo, et postquam ita est in coniunctionibus et opppostionibus multo magis erit eclipsibus et coniunctionibus magnis, quia unus potest facere quod alius virtutum amittet vel augebit in ea. Hec Haly ibidem. Sed quia in illa coniunctione magna Saturni et Jovis predicta principaliter dominabuntur Mars et Mercurius, et similiter Mars et Mercurius participabunt etiam in dominio in ista coniunctione Saturni et Martis, sequitur ergo quod si que fuerint significationes in quibus concordabunt ista due coniunctiones magne, ut puta significationes Martis et Mercurii, quod ille significationes istius coniunctionis Saturni et Martis durabunt per 40 annos vel circiter illud tempus. Significationes autem alie istius coniunctionis Saturni et Martis, si que fuerint contrarie significationibus illius coniunctionis Saturni et Jovis, ut puta significationes Lune, que principaliter dominabitur in ista coniunctione Saturni et Martis, durabunt usque in adventum illius coniunctionis magne Saturni et Jovis, scilicet 8 annos fere a tempore istius coniunctionis

428 ascendentis: aut quia concordant cum loco ascendentis *add.* V 443 coniunctiones: significationes A 446-8 durabant...Martis *om.* V 449 ut...Jovis *om.* V

Saturni et Martis, que erunt concordate cum coniunctiones illius coniunctionis magne Saturni et Jovis, addent multum in eisdem significationibus Saturni et Jovis per 32 annos a tempore illius coniunctionis Saturni et Jovis.

Tertio principaliter considerandum est in isto negotio in quo genere vel in quibus generibus rerum apparebit effectus istius coniunctionis Saturni et Martis. Pro quo est sciendum iuxta sententiam Ptholomei 2° Quadripartiti capitulo 7°, hoc scietur ex tribus: primo videlicet ex loco coniunctionis, secundo ex ascendente coniunctionis, et tertio ex formis seu imaginibus stellarum fixarum in directo loci coniunctionis et ascendentis coniunctionis. Pro primo est sciendum quod locus istius coniunctionis erit 22 gradus Cancri in spera nona. Quia ergo, iuxta senteniam Ptholomei ubi supra, Cancer est de forma animalis natabilis, accidet effectus istius coniunctionis in piscibus et animalibus aquaticis, et precipue in piscibus et in animalibus marinis et in avibus aquoris, eo quod Cancer est animal marinum. Et quia Cancer est signum solstitiale, erit significatio coniunctionis generaliter in rebus aeris, ut in calore et frigore, humiditate et siccitate et in temperie aeris. Et quia Cancer est signum solstitiale estivale apparebit effectus istius coniunctionis in fructibus cum colligentur et reservantur secundum Ptholomeum. Sed hoc dictum Ptholomei verificatur in regionibus et terris meridionalibus, in quibus solstitio estivali fructus colliguntur. Sed in

454 Martis: et non ultimum. Relique vero significationes istius coniunctionis Saturni et Martis *add.* AE **466** primo: coniunctione V **467** Quia...supra *om.* V **473-4** erit...ut: et signo coniunctionis generatur in aere ex V

terris nostris septentrionalibus fructus incipiunt maturescere in solstitio estivali et ideo apparebit effectus istius coniunctionis in terris nostris in fructibus cum incipiunt maturescere. Item secundum sententiam Ptholomei ubi supra, quia ista coniunctio erit in signo solstitiali significabitur mutationes morum hominum in ipsa regione in qua apparebit effectus coniunctionis, item quia ista coniunctio erit in 11 domo et prope celi medium in ecclesiis et potentibus, et in hiis quorum anni similiter medii significationes apparebunt. Hec Ptholomeus ibidem. Et secundum Messahala in libro suo De coniunctionibus capitulo 11°, quia ista coniunctio erit in signo aquatico significabit multitudinem pluviarum in aere et fortitudinem ventorum. Et quia hec coniunctio erit in signo feminino erit significatio istius coniunctionis in animalibus femininis. Et secundum sententiam Albumazar 6° Maioris introductorii differentia 26^{a}. Et concordat Alkabitius in suo Introductorio differentia prima, 11 domus est domus fidei et significat fiduciam fortunam atque spem, amicos, filios et ministros, scribam quoque regis et eius redditus seu tributa et eius milites. Et significat finem annorum medietatis vite. Hec ille. Cum ergo ista coniunctio erit in 11 domo in hiis omnibus apparebit effectus eius. Dixi etiam prius quod genera rerum in quibus apparebit effectus istius coniunctionis scientur secundo ex ascendente coniunctionis, quod erit 12 gradus Virginis. Quia igitur iuxta sententiam Ptholomei 2° Quadripartiti capitulo 7°, Virgo est de

497-8 26^{a}...differentia *om. c* 499 fidei...fiduciam
502 annorum: amicorum V

forma humana effectus istius coniunctionis in humano genere apparebit. Et quia Virgo est figura habens alas, apparebit effectus coniunctionis in volatilibus et maxime in volatilibus que ab hominibus commeduntur. Item quia Virgo est signum commune apparebit effectus coniunctionis in hominibus et regibus. Tertio scietur in quo genere rerum apparebit effectus ex formis seu imaginibus stellarum fixarum in directo loci coniunctionis et ascendentis eiusdem pro quo est sciendum quod 21 gradus Cancri in spera nona, qui est verus locus istius coniunctionis est modo in directo earumdem stellarum fixarum et imaginum earundem. In directo quarum sint tres gradus Cancri in tempore Ptholomei, nam octava spera a tempore Ptholomei usque in eum annum pertransivit 18 graduum et 17 minutorum. Ista patent secundum Magistrum Simonem de Bredon, qui circa annum Christi 1340 equavit motum 8 spere cum maxima diligentia. Sed in directo 21 gradus Cancri iuxta sententiam Ptholomei libro 6° Almagesti et primo Quadripartiti capitulo 9°, sunt modo iste forme seu imagines stellarum fixarum, scilicet versus septentrionem sunt Ursa Maior et Ursa Minor, et pars Draconis circa polum, et versus Austrum sunt navis qui dicitur Argos, et pars Canis Maioris. In huiusmodi generis animalibus seu ergo rebus apparebit effectus istius coniunctionis. Item ascendens coniunctionis erit 12 gradus Virginis in spera nona, qui gradus modo est in directo earundem stellarum fixarum et imaginum earundem. In directo quorum fuit 24 gradus Leonis in tempore Ptho-

509-10 humano genere: hominibus V **512** volatilibus: hiis E **515** formis: fortitudinibus V **520-1** imaginum... spera *i.m.* D

lomei. Sed in directo 12 gradus Virginis in spera nona sunt modo iste forme seu imagines, scilicet versus septentrionem sunt finis seu cauda Leonis et treta, id est folium edere, et cauda Urse Maioris et manus Boetis sive Lanceatoris, qui dicitur Custos Plaustrum vel Borie, et pars Draconis circa polum. Et versus meridiem sunt Hydra qui dicitur Serpens serpentium, et navis qui dicitur Argos. In huiusmodi igitur animalibus sive rebus apparebit effectus istius coniunctionis.

Quarto considerandum est cuiusmodi effectus eveniet ex ista coniunctione an bonus vel malus. Hoc autem scietur a domino loci istius coniunctionis et a dominio ascendentis istius coniunctionis et a Marte qui etiam dominabitur supra Saturnum et elevabitur supra eum in coniunctione eorum. Dominus vero loci istius coniunctionis erit Luna, et dominus ascendentis istius coniunctionis erit Mercurius. A significationibus ergo istorum trium planetarum, scilicet Lune, Mercurii et Martis, principaliter patebit effectus istius coniunctionis. Ista patent secundum sententiam Albumazar 1° et 2° De coniunctionibus magnis, per magnum processum. Dicit Albumazar 4° Maioris introductorii differentia 6ª, quod Luna est humida, benevola, quia per suam humiditatem nocti convenit, et ipsa ceteris planetis est humidior. Et licet humiditas vitam et vite durabilitatem significet, si ipsa tamen superflua fuerit multum, impediet ipsa autem Luna propter nimiam eius humiditatem citius ceteris planetis et planeta qui sibi complectitur corruptionem suscipit. Et dicit Albumazar

541 Borie: Barce V

5° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 6^a^, quod Luna cum dominatur suple in coniunctione aliqua magna, fuerit eius significatio proprie speciem humanam, significat cedes inter reges et vulgus, et multum malum, multos latrones et multas angustias, multas guerras. In bestis vero quibus homines utuntur cadet mors et detrimentum; in aere vero significat multas pluvias et multam humiditatem, et in aquis significat multas inundationes. Et si fuerit Luna in Piscibus significabit egritudines advenire hominibus et eos evadere ab eis, destructionem avium et multitudinem pluviarum cum vilitate annone. Cum igitur Luna in ista coniunctione erit in 4° gradu Piscium, hec predicta significabit in ista coniunctione. Et dicit auctor libri <u>Novem iudicum</u> parte prima versus fine auctoritate Messahala, quod ipsa Luna prospera est et felix, in universa in sua prosperitate conservat, corrupta etiam corumpit fortunatis vero applicans bonum et infortunatis contrarium iudicat. Item Luna propria respiciens domum et bene locata negotiis effectum tribuit et fortunam significat. Et si male collocetur contrarium significat. Hec de significationibus Lune. Isti ergo effectus de significationibus Lune apparebunt in terris et in locis predictis secundum maius et minus. Mercurius vero, ut ait Ptholomeus 2° <u>Quadripartiti</u> capitulo 8°, cum ipse dispositionis dominus fuerit, si tunc commisceatur cum natura alicuius aliorum planetarum, generaliter concordabit cum natura illius planete. Opus tamen suum

568 cedere L 586 locetur V 587 Isti: Constat E
590 miscetur V

proprium est movere res multas plusquam aliarum stellarum, opusque suum in hominibus est quod erunt subtilis ingenii. Et erunt viarum abscissiones et latrocinia et depredationes; facient quoque periculum in mari, si participationem habeat cum infortuniis. Et dicit Haly ibidem quod mala que facit Mars facit palam et discooperte et vi armorum et mala consilia, que facit Mercurius per subtilitates; et ideo cum fuerit Mercurius in aliqua dignitatum Martis vel accordatus cum eo, faciet res miraculosus. Et secundum Ptholomeum Mercurius faciet egritudines siccas, scilicet febres cotidianas, tusses vomitum et pthisim. Et secundum Haly ibidem facit infirmitates acutas, quia est festini motus; et omnia opera eius propria sunt infortunata, eo quod due domus eius sunt in trino aspectus domorum Saturni, et in sextili aspectu domorum Martis. Et ideo natura sua tendit ad naturam Saturni in sextili aspectu domorum Martis. Et ideo natura sua tendit ad naturam Saturni et Martis. Et secundum Ptholomeum, Mercurius significat super hiis que contingunt in sanctuariis mutationes, scilicet legum atque morum. Et quia est complexionis sicce et festini motus, ideo in aere proprie operabitur ventos turbinosus et repentinos, et de facile mutabiles faciet etiam tonitrua, corruscationes et terremotus. Et detrimenta faciet in animalibus et in vegetabilibus quibus magis utuntur homines. Et secundum Albumazar 5° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 5^{a}, Mercurius eo quod erit dispositionis dominus, significabit bella

601 subtilitates: mores et artes *add.* E
614 sicce: secte D

et guerra et insultum vulgi in reges et mortem subitam in hominibus, et significabit siccitatem magnam et venientem flatum ventorum. Et secundum Ptholomeum et Haly, ubi supra, Mercurius elevat multos fumos vel exhalationes siccas, ex quibus fiunt venti turbinosi et cetera mala predicta. Et secundum sententiam Albumazar ubi supra, Mercurius quia erit in Geminis significabit cedem advenire inter orientales et septentrionales et mortem nobilium et altiorum hominum. Et iste significationes Mercurii apparebunt in diversis terris et regionibus predictis, secundum maius et minus, plus tamen in regno Francie propter causas predictas et dicendas. Mars vero secundum sententiam Ptholomei, ubi supra, quia ipse participabit in dominio et dispostione effectus istius coniunctionis, ut dictum est, erit causa detrimenti provenienti ex siccitate generaliter; id est, secundum Haly ibidem, erunt ire magne, stultite et crudelitates et talia que ex colera generantur. Et dicit Ptholomeus, si eius opera fuerint in hominibus, accident inter eos guerre et prelia et lites; erunt etiam depredationes et captivitates, ire regum et turbationes hominum. Contingent quoque hominibus mores subita, et febres tertiane, sputum sanguinis, et accidet mors festina, et maxime hiis qui sunt perfecte etatis, scilicet in fine adolescentie. Et exibunt aliqui homines de sua lege ad aliam legem extraneam et illicita committent, et leges transgredientur. Et erunt ignes, combustiones, homicidia, et rapine ac insidie

624 venientem: vehementem AE **626** exhalationes: elevationes V 644-5 mores...accidet *om.* E

per vias. Et erunt in aere calores magni et venti validi ac calidi peremptorii et pestilentiales, paucitas pluviarum, tonitrua, corruscationes et fulmina. Et quia locus coniunctionis erit Cancer, habens significationem super mare, ut dictum est, accidet secundum Ptholomeum submersio navium festina valde per ventos contrarios et diversos, aut per corruscationes et fulmina et huiusmodi. Et in fluminibus accident dimminutiones aquarum, et siccabuntur fontes, et aque potabiles corrumpentur. Et erunt fructuum detrimenta per inflamationes caumatis et siccitatem, aut per locustas aut per combustiones eorum in horreis et in granariis. Et secundum Albumazar ubi supra, ex dominio Martis accident guerre et prelia et combustiones et alia mala predicta. Et quia Mars erit in Cancro, significabit interfectiones in parte orientis et occidentis, et multipicabuntur in hominibus egritudines, ut pleuresis et infirmitates pectorum et cotidiane et tertiane febres et dolores gutturis. Et cadent inter principes contrarietates. Et erit paucitas pluviarum cum vehementia calorum. Et quia latitudo Martis est septentrionalis, significabit caliditatem aeris multam. Hec Albumazar. Iste ergo significationes Martis apparebunt in terris et regionibus predictis, secundum magis et minus, ex dominio Martis in ista coniunctione, eo quod Mars elevabitur super Saturnum in ista coniunctione eorum. Et per consequens dominabitur super eum, quod latitudo Martis utriusque erit septentrionalis, sed latitudo Martis septentrionalior nam latitudo Saturni erit 5 minuta, Martis vero 18.

650 in aere: insidie V *om.* E **659** caumatis: caumatum V caliditates *c*

Positis significationibus specialibus istorum trium planetarum qui principaliter dominabuntur in hac coniunctione, modo volo concludere specialius significationem istius coniunctionis ex predictis. Protestans tamen in principio me nolle in hoc opere quicquam asserere quod poterit fidei catholice obviare aut pias aures offendere, et si quid tale dixero ex nunc pro tunc illud revoco. Istius premissis defendo ad specialem significationem istius coniunctionis, unde secundum sententiam Messahalle in epistola sua De coniunctionibus capitulo 11°, et secundum Albumazar primo De coniunctionibus magnis differentia prima et 2ª De coniunctionibus magnis differentia 6ª, et secundum sententiam Haly super 2° Quadripartiti Ptholomei capitulo 4°, et etiam secundum sententiam aliorum astronomorum loquentium de hac materia, coniunctio Saturni et Martis in Cancro specialiter significat guerras combustiones et prelia per mundum, depopulationes et mutationes quorundam regnorum sicut allegatum est in principio istius tractatus. Nam secundum predictos auctores, Cancer est detrimentum Saturni et casus Martis. Et similiter Cancer est signum mundi, ut dicit Abraham Avenare in libro suo De coniunctionibus et annorum revolutionibus capitulo 7°, caveas tibi, dicit Abraham, ne obliviscaris aspicere coniunctionem Saturni et Martis in Cancro, quod est signum mundi propter has causas. Ponunt predicti astronomi coniunctionem Saturni et Martis in Cancro significare

693 aliorum: maiorum V **697** allegatio HLR **700-1** Saturni...revolutionibus *om.* V **702** inspicere V

predicta mala. Dicit enim Haly, ubi supra, quod cum due infortune iunguntur in signo Cancri dampnant bonam significationem suam, eo quod opponitur Cancer domui unius et est casus alterius, et crescit malum suum et fortificatur corruptio. Ideo hec coniunctio habet magnam significationem corruptionis et depopulandi habitationes preliorum et guerrarum; et maxime se eius virtus cum duorum luminarium virtute misceatur. Et Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia 8ª, enumerat 12 effectus magnos, scilicet ex guerris et mutationibus regnorum et morte regum, qui contingent continue statim post coniunctionem duorum infortunorum in Cancro. Ex predictis patet quod ista coniunctio Saturni et Martis in Cancro que erit hoc anno significabit guerras et combustiones et prelia et depopulationes et mutationes quorundam regnorum, et precipue quia Mercurius et Mars participabunt in dominio istius coniunctionis, sicut dictum est prius. Et quia Virgo, que erit ascendens in ista coniunctione, est de forma humana, eo fortius significabit hec coniunctio predicta mala et infortunia inter homines. Et erunt etiam in hominibus febres acute et tertiane et cotidiane, propter dominium Martis et Mercurii; et erunt etiam tusses et ptisis et pleuresis et sputum sanguinis et mors subita in hominibus. Et dicit Ptholomeus 2° Quadripartiti capitulo 8°, quod si stelle dominatrices fuerint complexionis nocive, et cum locis in quibus futurum ascendens continget assimilentur; et si stelle que sunt ex hayze contrarie eorum hayze

711 habitationes: significationes V **716-23** et morte... prius. *om.* D **721** precipue quia: principatium et V
733 hayze[1]: earum V

super eas eleventur sive dominentur ipsarum nocumentum alleviabiter super 9° verbo Ptholomei dicit Haly quod stelle infortunate non faciunt magnum dampnum in regionibus quibus concordant, sed in quibus non concordant faciunt multum malum, cum ergo ista coniunctio erit in Cancro in quo dominatur Luna. Et Luna in ista coniunctio erit principalis domina, quia domina loci coniunctionis; et Luna cum Cancro dominatur super Angliam, ut dictum est prius secundum sententiam Abraisini. Sequitur secundum sententiam Ptholomei et Haly, ubi supra, quod predicta mala et infortunia que significabuntur per istam coniunctionem, non evenient multum in regno nostro Anglia, sed plus in aliis terris et regionibus predictis in quibus apparebit effectus istius coniunctionis. Confirmatur etiam hoc iuxta sententiam Albumazar 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 8^{a}, eo quod due infortune, Jupiter scilicet et Venus, aspicient amicabiliter locum coniunctionis, scilicet de trino aspectu et sextili. Erit enim Jupiter in 3° gradu Piscium et aspiciet locum coniunctionis aspectu sextili et preter locum coniunctionis scilicet de trino aspectu et sextili et patet igitur quod hoc locus istius coniunctionis erit exaltatio Jovis. Patet ergo quod locus istius coniunctionis habens specialem significationem super Angliam, erit multum fortunatus. Sequitur ergo ex predictis quod non oportet nos timere hic in Anglia de predictis malis qui significabuntur per istam coniunctionem. Sed ut mihi

734-6 super...non *om.* V **737** sed...concordant *om.* V **754-6** et sextili...Jovis: trino et Venus erit in 2° gradu Cancri aspiciens eciam ergo locum coniunctionis aspectum sextili et preter hoc locum coniunctionis erit exaltatio Jovis. V

videtur, in regno Francie multum apparebunt predicta mala, sicut dictum est prius ubi fuit tractatum, ubi eveniet effectus istius coniunctionis et in quibus terris. Et probatum fuit ibidem quod maxime apparebit effectus in Anglia et Francia et in adiacentibus terris. Sed iam probatum est quod predicta mala non apparebunt in Anglia, igitur apparebunt in Francia. In Anglia tamen multum apparebit de effectu istius coniunctionis, ex hiis qui concernunt temperiem aeris, puta ex ventis et tempestatibus et pluviis multis temporibus suis, unde forte eveniet detrimentum in fructibus terre.

Sed alia mala de guerris et de combustionibus et preliis et huius, evenient plus in regno Francie et in ipsis Francis. Et credo quod hec coniunctio Saturni et Martis significabit mutationem regni Francie, et hoc per scientiam astronomie rationabiliter potest probari. Nam Mercurius, qui est significator Francorum et regni Francie, prout est prius probatum, erit in hora istius coniunctionis in 7° gradu Geminorum, et in decima domo. Et Sol erit tunc temporis iunctus cum Mercurio et in eodem signo et in eadem domo et plurium graduum, scilicet in 25° gradu Geminorum. Luna etiam, que est significatrix Anglie, erit in 4° gradu Piscium, iuncta cum Jove in domo ipsius Jovis, cum igitur Sol erit iunctus Mercurio in eodem signo et eadem domo. Et ipse Mercurius erit fere sub radiis Solis, non distans ab eis radiis nisi per 3 gradus. Sol in ista coniunctione totaliter infortunabit Mercurium. Cum tamen multi credant quod

764 probatum: expertum V
add. L / 15° Geminorum V
779 in: 22 gradus minuto
785 in...domo *om.* V

quia Sol vitam et crementum prestat istis inferioribus, dicente Aristotele quod homo generat hominem, et Sol quod ipse Sol quamcumque stellam per eius coniunctionem et aspectum fortunet et numquam aliquam stellam infortunet, precipue cum Sol, secundum aliquos astronomos, sit planeta benevolus vel saltem secundum aliquos sit mediocris. Istud argumentum sit manifeste falsum, nam Sol per eius coniunctionem semper infortunat. Dicit Albumazar 4° Maioris introductorii differentia 6ª quod antiqui dixerunt Solem in coniunctione et in oppositione eius malum, in aspectu vero sextili et trino bonum, in quarto aspectum commixtum. Et in hoc etiam concordant Alchabitius in suo Introductorio differentia 2ª, et Abraisinus in libro suo De annorum revolutionibus in principio, qui dicunt quod Sol per aspectum est bonus et fortuna, et malus per coniunctionem eius in uno signo. Et dicit Abraisinus quod Sol licet per aspectum stellas fortunat et earum virtutes comfortat, ipse tamen per eius coniunctionem in eodem signo, easdem stellas infortunat et per eius combustionem earum virtutes corrumpit et abscindit. Cum igitur Mercurius in ista coniunctione erit in eadem signo et in eodem domo cum Sole, et quasi sub radiis eius combustus non distans a radiis Solis nisi per tres gradus, ipse Sol infortunabit eum et abscindet ab eo virtutes et fortitudines quas habebit in illo loco. Sive ut verius dicam, ab illo loco precipue cum Mercurius non iuvabitur neque fortunabitur per aspectus duarum fortunarum,

793 aliquos: antiquos V **802** Albumazar A **805-7** Et dicit...signo *om.* V **815** dicam: abscindet *add.* E **816** fortunabitur: comfortabitur V

nam Venus non aspiciet eum, et Jupiter aspiciet eum aspectu inimicie scilicet de quarto aspectu quod erit sibi maius infortunatum quam fortunatum, nec aliunde fortunabitur Mercurius neque iuvabitur, nisi a loco suo tantum ipse enim erit in domo sua et in angulo medii celi, quod foret sibi magnam fortitudinem, nisi foret impeditus et infortunatus aliunde. Sol enim per eius coniunctionem ipsum infortunabit et auferet ab eo virtutes et fortitudines quas habebit a loco suo, scilicet a domo sua et a domo decima in figura. Et ipse Mercurius pulsabit Soli in domo ipsius Mercurii existenti, et in pluribus gradibus eiusdem domus vel signi existenti, quia Mercurius recipiet lumen suum et virtutes et fortitudines quas ipse Mercurius habebit a loco suo, iuxta sententiam Albumazar et Alchabucius in suis introductoriis. Et Sol eque recipiet lumen ipsius Mercurii et eius virtutem et fortitudinem quas acquiret a loco suo, precipue cum dicit Hermes in suo Centilogio propositione 26^{a}, quod Sol recipit planetarum virtutes quando in ascendente vel in medio celi iungitur cum eis. Cum ergo Mercurius in ista coniunctione erit in domo 10, et 10 domus secundum Albumazar 6° Maioris introductorii differentia 26^{a}, et secundum Alchabitium in suo Introductorio differentia prima, est domus regia et sublimationis vel exaltationis regni atque laudis eius. Et Mercurius istius extistens in illa 10^{a} domo est significator regni Francie. Mercurius ergo pulsabit Soli regnum Francie et Sol recipiet idem regnum a Mercurio et omnes sublimationes seu exaltationes atque laudem eiusdem regni. Sol vero, quia non erit principalis dominus istius coniunctionis, non retinebit sibi lumen quod recipiet a Mercurio, nec virtutem nec fortitudinem,

et per consequens nec regnum Francie quem ipse recipiet a Mercurio. Sed quia Sol erit pluriorum graduum quam Mercurius et propinquior loco coniunctionis Saturni et Martis, quam Mercurius Sol reddet loco coniunctionis Saturni et Martis lumen ipsius Mercurii et virtutem et fortitudinem, et per consequens regnum Francie et omnem sublimationem et exaltationem atque laudem eiusdem regni quam ipse Sol recipiet a Mercurio. Iste redditus luminis patet per Albumazar 6° Maioris introductorii differentia 5ª, et ex Alchabitio in suo Introductorio differentia 3ª, ubi dicunt quod redditus luminis sit duobus modis. Uno modo ut si unus planeta vel duo qui fuerint significatores non iungantur unus, scilicet eorum socio suo nec se aspiciant, sed aspiciant vel si tantum unus sit significator, aspiciat ipse aliquem planetam aut iungantur vel iungatur ei, aspiciatque ipse planeta aliquem locum circuli aut applicetur eidem loco et reddit lumen eorum vel ipsius ad alium locum. Sed itaque cum Mercurius iungetur Soli, Sol applicans loco coniunctionis reddet lumen Mercurii ad locum coniunctionis Saturni et Martis, et per consequens regnum Francie ut predictum est. Et vero tamen reddet Sol lumen Mercurii et regnum Francie ad locum coniunctionis Saturni et Martis verum etiam ipsi coniunctioni Saturni et Martis, eo quod principalis causa mutationis regni Francie erit hec coniunctio Saturni et Martis. Et quia nec Saturnus nec Mars erit principalis dominus istius coniunctionis sed Luna vendicabit sibi principale

849-50 quem...Sed *om.* V **850** quia: cum *cV*
854 infortitudinem D **875** dominus: causa V

dominium istius coniunctionis, ut prius probatum est, Saturnus ergo et Mars transferent lumen Mercurii receptum a Soli et redditum eis ad Lunam, et per consequens transferent regem Francie ad lunam significatricem Anglie quam aspicient aspectu amicabili de trino aspectu.Et sic transferent regnum Francie ad regem Anglie et ad Anglos et omnem sublimationem et exaltationem atque laudem eiusdem regni. Et confirmatur hoc quod hec translatio luminis et translatio regni Francie erit ad Lunam, quia cum hoc quod Luna erit principalis domina et dispositrix istius coniunctionis. Ipsa etiam erit multum fortunata et per eius coniunctionem cum Jove et in domo Jovis, non enim distabit Luna in ista coniunctione a Jove nisi per unum gradum. Fortunabitur etiam Luna a Venere, quia aspiciet Venerem in domo sua existente aspectu sextili, eo quod Venus erit in Tauro et in domo sua. Et preter hoc etiam aspicietur a loco coniunctionis et ab ipsis Saturno et Marte coniunctis aspectu amicabili scilicet de trino aspectu. Hec omnia iuxta scientiam astronome satis sufficienter arguunt translationem luminis Mercurii et virtutis atque fortitudinis eius a 10 domo ad Lunam et per consequens satis sufficienter arguunt per translationem regni Francie ad regem Anglie et ad Anglos, precipue cum hec coniunctio Saturni et Martis mutationes regnorum vel saltem mutationem alicuius regni significabit, ut predictum est. Vel poterit brevius sic argui Sol reddet lumen receptum a Mercurio, significatore Francie, et per

877 probatum: dictum A **881** aspicient amicibiliter V **884** laudem eiusdem regni: latitudinem eius V **897-9** tranlstionem...arguunt per *om.* V

consequens regnum Francie ad locum coniunctionis Saturni et Martis, scilicet 21 gradum Cancri, et Luna est domina Cancri et erit principalis domina istius coniunctionis Saturni et Martis, et aspiciet predictum locum coniunctionis aspectu amicabili, et Luna cum Cancro dominatur super Angliam. Ergo cum ista coniunctio significabit mutationes regnorum, et effectus istius coniunctionis maxime apparebit in regno Francie. Sequitur quod hec coniunctio significabit translationem regni Francie ad Anglos.

Iste vero modus pronosticandi translationis regni Francie ad Anglos per translationem luminis Mercurii, significatoris Francie, ad Lunam significatricem Anglie patet ex intentione Albumazar 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> in diversis differentiis, ubi loquitur de mutationibus regnorum; et precipue in differentia 8[a] eiusdem secundi libri, ubi exemplificat de translatione regni Fericis ad Arabes per translationem luminis Jovis ad Venerem significatrem Arabum. Iste etiam modus pronosticandi de translatione regni patet etiam in libro <u>Novem iudicum</u> in questionibus de decima domo in diversis locis.

Preterea ad hoc brevius poterit probari quod ista coniunctio significabit translationem regni Francie ad Anglos. Nam prius probatum est quod maxima fortitudo effectus istius coniunctionis Saturni et Martis apparebit in regno Francie. Sed maximus et fortissimus effectus istius coniunctionis est mutatio regni. Ergo ista

915-16 Iste...Anglos **om.** V **928** translationem: mutationem V

coniunctio significabit mutationem regni Francie. Sed ad nullam aliam gentem in isto casu transferetur regnum Francie nisi ad Anglos, eo quod Luna et Cancer, qui sunt significatores Anglie, principaliter dominabuntur in ista coniunctione. Ergo ista coniunctio significabit translationem regni Francie ad Anglos. Et confirmatur. Dicit enim Mansor in libro suo, et est ille liber quasi Centilogium eius, quod nichil prodest prelianti cum fuerit dominus ascendentis infortunatus vel retrogradus vel sub radiis Solis. Et posterius in eodem libro dicit Mansor non est Sol bonus in ascendente hora belli nec etiam cum domino ascendentis nisi fuerit ascensus Aries. Cum ergo in ista coniunctione Saturni et Martis dominus ascendentis erit Mercurius, eo quod ascensus erit 12 gradus Virginis, qui quidem Mercurius erit in ista coniunctione valde infortunatus et quasi combustus sub radiis Solis, non distans a radiis Solis nisi per tres gradus ut supradictum est. Et Mercurius, qui est dominus ascendentis istius coniunctionis, est significator Francie vel ergo proderit Francie preliantibus cum Anglicis durante significatione istius coniunctionis. Et in tractatu meo quem scripsi de significatione eclipsis universalis Lune et coniunctionis magne et trium superiorum planetarum in Aquario que apparuerunt anno Christi 1345 in mense Marcii, que significaverunt illam pestilentiam generalem que nondum transivit a memoria in illo tractatu probavi, scilicet in illo loco ubi tractavi de significatione coniunctionis Saturnus

942 libro: loco V **945-7** dominus...quidem *om.* L **948-51** sub...coniunctionis *om.* V **950** supradictum: predictum AE **959** in[1]...scilicet: probavi V

et Jovis, quod dominus noster Rex Anglie quem dominus noster Jesus Christus regat et conservet pro sua pietate durante significatione illius coniunctionis trium superiorum, semper optimuisset victoriam de inimicus cum quibus fuisset preliaturus. Et illum tractatum de predicta eclipsi et de predicta coniunctione magna trium superiorum scripsi in eodem mense Marcii quo apparuerit illa eclipsis et illa coniunctio magna sicut satis constat quibusdam sociis adhuc viventibus. Et benedictus Deus semper usque ad hodiernum diem dominus noster Rex Anglie optimebit victoriam de inimicis suis, et mediante Dei gratia, optimebit in futurum per totum tempus vite sue, precipue cum hec coniunctio Saturni et Martis significabit Anglos vincere inimicos suos, ut patet ex predictis. Hoc idem significabit illa coniunctio magna Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365 sicut patebit inferius ex significatione eiusdem coniunctionis. Et Albumazar in libro suo <u>De floribus</u> capitulo primo, ubi ponit significationes planetarum, dicit quod Sol habet significationem super reges et principes et magnatos. Et Albumazar 5° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia tertia, dicit quod significatio propria Solis ex sua coniunctione est regem sequi nocumentum et mortem plebi advenire et commotiones inimicorum ab aliis terris; talia ergo significabit Sol in ista coniunctione super regno Francie, propter coniunctionem Solis cum Mercurio, et propter alias

964 de inimicus victoriam *cV* **966-7** de[1]...superiorum *om.* V **970** hodiernum: hoc tempus V **977** patebit *om.* A **984** advenire: evenire A

causas quas predixi.

Ex predictis satis manifeste patet, iuxta sententiam astronomie, qualiter ista coniunctio significabit mutationes regni Francie; et qualiter in ista coniunctione Saturni et Martis, Sol per eius coniunctionem infortunando Mercurium significatorem Francie, et recipiendo lumen Mercurii. Reddet etiam idem lumen et per consequens regnum Francie ad locum coniunctionis Saturni et Martis. Ipsi quoque Saturnus et Mars, quia neuter eorum poterit sibi vendicare regnum Francie, propter causas predictas transferent idem regnum ad Lunam, significatricem Anglie, et per consequens ad Anglos. Patet ergo ex predictas qualiter transfertur regnum Francie ad regem Anglie. Et quia ista translatio luminis erit per locum coniunctionis Saturni et Martis et ab illo loco coniunctionis usque ad Lunam. Et quia Mars in ista coniunctione elevabitur super Saturnum, et participabit in dominio significationis istius coniunctionis, significabit quod ista translatio regni Francie erit adhuc per guerras et prelia et combustiones et per magnam destructionem regni Francie. Sed quia locus istius coniunctionis erit in domo 11, scilicet in domo amicitie, significabit hoc multos falsos tractatus de pace inter Francos et Anglos sicut magis declarabitur statim. Quedam Luna dominetur super Angliam et Mercurius super Franciam patet per Abraisinum ubi supra, ubi dicit quod 7 clima est Flandrensium et Anglorum in quod dominatur Luna cum signo Cancri. Unde

1003 Lunam: locum Lune V

homines istius terre sunt vagi et instabiles in fortitudini et ludibrio expositi, nunc ad summum nunc ad imum delati, quia a suo planeta girivago descrepare non possunt. Et sextum clima est Burgundorum et Francorum, in quo dominatur Mercurius convertibilis nature. Unde homines illius terre sunt facundi et garuli, divites et filii avaricie parcitatem fingentes et ad quamlibet artem satis convertibiles. Hec Abraisinus. Patet ergo secundum Abraisinum quod Luna dominatur super Angliam, et Mercurius super Franciam, quicquid alii astronomi dicant propter convenientiam Anglie ad Lunam et Francie ad Mercurium in eorum conditionibus et naturis. Sed de ista coniunctione Saturni et Martis, poterit quis dubitare numquid ista significabit guerras et prelia et alia que predixi; sed videtur quod non, nam hec coniunctio erit in 11 domo, videlicet in domo amicitie, et due fortune aspicient locum coniunctionis aspectu amicabili. Nam Jupiter aspiciet locum coniunctionis de trino aspectu et Venus de sextili. Ergo hec coniunctio non significabit guerras et discensiones, sed plenius significabit amicitiam et pacem. Huic dicitur quod bene sequitur quod significabit ista coniunctio pacem et tranquillitatem et fortunium et bonum in regionibus illius, que sunt de significatione loci coniunctionis, scilicet de significatione Cancri; et precipue significabit bonum et fortunum in regno Anglie, et pacem inter homines illius regionis. Sed in aliis terris predictis que non sunt de significatione Cancri, significabit

1018 qui a VE 1033-4 Nam...sextili. *om.* V 1035 dissentiones A

guerras, prelia et alia mala que predixi, precipue cum Mars et Mercurius dominabuntur in ista coniunctione, sicut patet ex predictis, et quia Mercurius, habens significationem super Franciam, participabit in dominio istius coniunctionis. Et locus coniunctionis erit in domo amicitie significabit hoc multos falsos et fradulentos et cautelosos tractatus de pace et amicitie, et precipue inter regem Anglie et Francos, et multas cautelas Francorum et multas deceptiones eorum, eo quod in suis tractatibus de pace intentur decipere regem Anglie. Et hoc propter dominium Mercurii nichilominus ipse Mercurius non prevalebit, eo quod Sol ipsum impediet ab huius malis et ipsum infortunabit per eius coniunctionem et transferet lumen eius ad Lunam et per consequens transferet regnum Francie ad Anglos sicut predictum est. Item dictum est prius quod effectus istius coniunctionis apparebit in Grecia et Siria et in terra promissionis, et in terris Turkorum et in terris Romanorum. In illis terris erunt guerre et prelia, combustiones et depopulationes propter dominium Martis et Mercurii super easdem terras. Item quia Luna cum Cancro, qui principaliter dominabuntur in ista coniunctione, habebunt significationem super mare et

1045 coniunctione: regione V **1050-53** et amicitie... pace: qui V **1053** intendent A

super pisces maris, ut predictum est, et Mars et Mercurius significabunt ventos et tempestates, tonitrua et corruscationes et fulmina et ventos turbinosos, sequitur quod ista coniunctio significabit magnas tempestates in mari et periculosum inter per viam maris. Et quia in directo loci coniunctionis et in directo ascendentis coniunctionis erit imago navis que dicitur Argos, significabit ista coniunctio submersiones quarundam navium in mari, et roborias et depredationes multas in mari propter dominium Mercurii, quia ista coniunctio, propter dominium Martis et Mercurii, significabit multa prelia et guerras fortes, ista coniunctio significabit bella navalia in mari. Item quia Luna cum Cancro principaliter dominabuntur in ista coniunctione et Luna specialiter significat super fluxum maris et refluxum eius poterit ista coniunctio rationabiliter significare magnos fluxus et magnas recencias in mari, tam propter dominium Lune et Cancri tam etiam propter magnas tempestates in mari. Et quia Cancer est piscis marinus significabit ista coniunctio mortalitatem et diminutionem piscium in mari, tum propter dominium Martis et Mercurii tum etiam propter tempestates in mari. Et sicut allegatum est prius a Ptholomeo 2° Quadripartiti capitulo 7°, quod Cancer est signum solstitiale et significatio istius coniunctionis erit generaliter in rebus aeris, unde in aere propter dominium Lune significabit ista coniunctio multas pluvias et multam humiditatem et multas inundationes aquarum. Sed propter

1068-9 et tempestates...fulmina *om.* V 1079 natalia A
1083 magnas: istas A 1087-8 tum propter...in mari *om.* A

dominium Martis et Mercurii significabit hec coniunctio siccitatem magnam et calorem in aere.

Sed hoc quibusdam videtur mirabile, scilicet quod eadem coniunctio significet siccitatem aeris magnam et tamen pluvias multas. Huic dicitur quod non est inconveniens, quia uno tempore significabit abundantiam pluviarum et alio tempore significabit siccitatem magnam. Similiter in terris que sunt de significatione Lune et Cancri significabit siccitatem et magnam calorem similiter in terris que sunt de significatione Lune et Cancri significabit pluvias multas. Et in terris que sunt de significatione Martis et Virginis significabit magnam siccitatem et magnam calorem. Item quia Cancer est signum solstitiale estivale erit significatio istius coniunctionis in fructibus terre cum iam incipiunt maturescere. Unde in terris que sunt de significatione Martis et Mercurii significabit corruptionem fructuum ex nimio calore et ex nimia siccitate quando incipient maturescere, et precipue in regionibus meridionalibus. Et in eisdem regionibus significabit corruptionem fructuum ex locustis et vermibus propter dominium Martis ut predictum est de significationibus Martis. Et erunt etiam fructuum detrimenta propter Martem per inflamationes caumatis et siccitatem aut per combustionem eorum in horreis aut in granariis. In reliquis vero terris et regionibus que sunt de dominio Lune et Cancri, et precipue in terris nostris septentrionalibus erit

1100-02 inconveniens...magnam: in quibusdam quia uno tempore significabit unum et in alio tempore significabit alium V **1104** Martis: et Mercurii *add.* EV **1110** incipient: ceperint A

detrimentum in fructibus cum incipient maturescere ex pluviis et inundationibus aquarum. Sed quia hec coniunctio significabit magis calorem et siccitatem quam frigiditatem vel humiditatem propter dominium speciale Martis in hac coniunctione, eo quod elevabitur super Saturnum, et etiam propter dominium Mercurii non erit tanta corruptio fructuum in istius terris septentrionalibus sicut in predictis terris meridionalibus. Item sicut allegatum est prius a Ptholomeo 2° Quadripartiti capitulo 11°, quia ista coniunctio erit in signo solstitiali, significabit mutationes morum hominum in ipsa regione in qua apparebit effectus istius coniunctionis. Sed quia Cancer cum Luna significat super Angliam apparebit mutatio morum hominum in Anglia. Et secundum Ptholomeum ubi supra, quia hec coniunctio erit in 11 domo et propre celi medium, apparebit effectus istius coniunctionis in ecclesiis et potentibus, et in hiis quorum anni sunt medii. Et secundum Ptholomeum ubi supra capitulo 8°, Mercurius significat super hiis que contingunt in sanctuariis, videlicet mutationes morum atque legum. Ista ergo coniunctio significabit in ecclesia mutationes morum atque legum. Et propter dominium Martis significabit quod aliqui homines exibunt de lege sua ad aliam legem extraneam, et illicita committent et leges transgredientur. Hec secundum Ptholomeum, ubi supra. Item propter dominium Mercurii, prout allegatum est supra ex Ptholomeo 2° Quadripartiti capitulo 8°, ista coniunctio significabit detrimenta in animalibus

1125 erit: tantum detrimentum nec *add.* V 1133 significabit AV 1138 his: effectibus *add.* A 1146-51 ubi...supra *om.* V

et in vegetabilibus quibus magis utuntur homines. Et secundum Ptholomeum ubi supra capitulo 7°, quia signum Virginis, quod erit ascendens istius coniunctionis, est figura sive imago habens alas erit detrimentum ex Marte et Mercurio in volatilibus et maxime in volatilibus que ab hominibus comeduntur. Et quia locus coniunctionis erit Cancer erit detrimentum etiam in piscibus et precipue in piscibus maris sicut prius dictum est. Et in fluminibus accidet dimimutio aquarum et exsicciabuntur fontes et aque potabiles corrumpentur; et ista accident propter dominium Martis prout allegatum est prius. Et quia hec coniunctio erit in signo femineo accidet magis detrimentum in sexu femineo predictorum animalium ut prius allegatum est. Et propter dominium Martis et Mercurii erunt multe viarum abscisiones et depredationes et latrocina ut prius allegatum est. Item propter dominium Martis et Mercurii generabuntur multe exhalationes sicce, que si ingrediantur terram et includantur infra viscera terre, poterit fieri terremotus ex ista coniunctione. Sed non est timendum de terremotu in istis regionibus septentrionalibus sed plus in terris meridionalibus.

Ex predictis patet quod ista coniunctio Saturni et Martis in Cancro, que erit hoc anno, significabit in hominibus guerras, combustiones et prelia et cedem magnam et depopulationes quorundam terram et mutationes quorundam regnorum, et ut credo mutationem regni Francie et eius translationem ad Anglos ex causis predictis, et

1160-3 prout...Martis *om.* A **1163** allegatum: dictum V / propter: quia V **1168** et tamen in Anglia bis in Mayo 1382 *n.b.* E

precipue quia dominus decime domus, scilicet Mercurius, erit quasi combustus et infortunatus et per Solem, ut predictum est. Significabit in hominibus febres acutas, tertianas et cotidianas, tussim et ptisim et pleuresim alias egritudines acutas et choleram et mortem subitam in hominibus. Item hec coniunctio significabit mutationes legum et morum hominum; et in ecclesia significabit detrimenta et mutationes legis. Et exibunt aliqui homines de lege sua ad legem aliam extraneam, et leges transgredientur et illicita committent; et precipue committent illicitos acutus venereos et contra legem, eo quod Venus erit in nona domo, videlicet in domo fidei. In mari quoque significabit coniunctio ista tempestates multas et validas et magnos fluxus et magnas recencias maris, et periculosum transitum per vias maris tam propter ventos et temptestates tam etiam propter latrones et robatores in mari, et submersiones navium multarum. Et forte significabit hec coniunctio bella navalia. Hec omnia patet ex predictis. Item hec coniunctio significabit diminutionem piscium in mari, et mortalitatem et corruptionem eorum, et detrimentum et diminutionem aliorum animalium quibus homines utuntur et precipue volatilium. Ista ergo significabit exsciccationem fluminium et fontium, et corruptionem et dimminutionem piscium in fluminibus. Ista etiam coniunctio significabit pluvias multas et magnas inundationes temporibus suis, et magnam calorem et magnam

1184-6 et in...legis *om.* A **1186** legis: legum et morum EHR **1194** robboratores HR / raptores V **1200-01** Ista coniunctio etiam significabit siccitationem AE / Item ista ergo significabit siccitationes *c*

siccitatem in aere temporibus suis; magnos etiam ventos et turbinosos et tonitrua et corruscationes et fulmina, et alias temptestates. Significabit etiam terremotus in quibusdam terris meridionalibus predictis que sunt de significatione istius coniunctionis. Sed temptestates predicte, scilicet venti, tonitrua, corruscationes, apparebunt multum in nostris terris septentrionalibus. Et significabit hec coniunctio destructionem fructuum terre, quando incipient maturescere, ex nimio calore et ex nimia siccitate, et precipue in terris meridionalibus que sunt de significatione Martis et Mercurii; in eis enim corrumpentur fructus per inflamationem caumatis et siccitatem nimiam et per locustas et vermes. Sed in terris septentrionalibus, et precipue in eis que sunt de significatione Lune et Cancri, significabit corruptionem fructuum cum inceperint maturescere ex pluviis et inundationibus et ex corruptione humoris. Nam numquam, ut communiter accidit, corruptio fructuum in istius terris septentrionalibus nisi ex humiditate, et in terris meridionalibus nisi ex siccitate et calore comburente. Unde timendum est in terris meridionalibus de corruptione fructuum et de caristia annone et victualium quam in istis terris septentrionalibus, eo quod hec coniunctio plus significabit calorum et siccitatem quam humiditatem, ut probatum est prius. Ista etiam coniunctio significabit multas viarum abscisiones et depredationes et latrocinia, ut predictum est. Et quia

1212 destructionem: corruptionem AEV 1223 ex humiditate: per humiditatem A 1225 Unde: et plus *add.* AEV 1227 ...quam in istis terris *expl.* V

Mars et Mercurius, qui in dominio istius coniunctionis participabunt, elevabunt multas exalationes calidas et siccas in aere, significabit ista coniunctio multa signalia et mirabilia in aere, ut sunt doli, eges et iaculationes stellarum et ardentes dracones et forte, in aliquibus terris, aliquas stellas comatas, multa mirabilia significantes. Ista significationes predicte apparebunt in diversis terris et locis predictis. Nam guerre et prelia et combustiones et interfectiones et effusio sanguinis apparebunt multum in istius terris septentrionalibus, et precipue in regno Francie propter causas predictas precipue, quia quia Mercurius, qui est dominus Francie, erit in decima domo et quasi combustus scilicet fere infra radios Solis, et infortunatus a Sole per eius coniunctionem. Apparebunt etiam guerre et prelia et alia huiusmodi mala predicta in Grecia, Siria et terra promissionis et in terris Turcorum et in terris Romanorum propter causas predictas. Alii etiam effectus, ex temptestatibus in aere, multum apparebunt in istis terris septentrionalibus, et etiam in Anglia multum apparebunt. Sed quia Luna, que est significatrix Anglie, erit in ista coniunctione multum fortunata, non oportet nos hic in Anglia timere de malis predictis. Fortunabitur enim per aspectum sextilem Soli, ut predictum est, et etiam per aspectum duarum fortunarum ut patet ex predictis. Item Cancer, qui etiam significat Angliam, multum fortunatur per aspectum duarum fortunarum amicabiles. Nam Venus in ista coniunctione erit in

1235 doli: saly E 1255 enim: Luna *add.* E

29° gradu Tauri in domo sua, et directa, et aspiciet Cancrum aspectu sextili; Jupiter etiam erit in 3° gradu Piscium, stationarius, et aspiciet Cancrum aspectu trino. Cum ergo locus istius coniunctionis erit in Cancro, scilicet in 21° gradu eius, et Cancer cum Luna significatores super Angliam, predictis modis fortunati, sequitur verisimiliter quod mala, quando contingent ex ista coniunctione, non multum apparebunt in Anglia propter causas predictas.

Item quia locus coniunctionis erit signum mobile, et quia Saturnus et Mars hora coniunctionis eorum erunt directi, effectus istius coniunctionis citius apparebit. Unde et effectus predicti istius coniunctionis qui apparebit in temperie aeris, scilicet ex ventis et tempestatibus, tonitruo, corruscationibus et fulmine et huiusmodi, apparebunt quando Mars incipiet se coniungere Saturno in eodem signo Cancri, quod erit circa sextum diem Maii; et precipue apparebunt predicte tempestates circa coniunctiones et oppositiones luminarium in mensibus Maii, Junii, et Julii, eo quod in predictis figuris luminarium aperientur multe porte, scilicet inter Solem et Saturnum, Martem et Venerem, Jovem et Mercurium. Unde in transitu Lune per predictas portas, et precipue in coniunctione et in oppositione luminarium ut communiter pluvie et predicte tempestates contingere consueverunt, sicut in Summa mea iudiciali de accidentibus mundi in primo libro et secundo in diversis distinctionibus, frequenter declaravi. Sed alii effectus maiores istius coniunctionis, puta ex guerris et combustionibus et preliis et alii effectus magni consimiles, tardius apparebunt, videlicet aliqui eorum apparebunt post 50 dies, et aliqui eorum post 3 menses

apparebunt a tempore coniunctionis, et aliqui eorum adhuc tardius apparebunt eo quod sunt maiores. Et durabit effectus istius coniunctionis a tempore eiusdem coniuncitonis usque ad aliam coniunctionem magnam Saturni et Jovis, que erit anno domini Christi 1365, 30° die mensis Octobris, scilicet per 8 annos fere secundum maius et minus. Et adhuc a tempore illius coniunctionis magne Saturni et Jovis predicte, significationes Saturni et Martis ex preliis et ex guerris et huius, que provenient ex ista coniunctione Saturni et Martis, addent multum per 32 annos super consimiles significationes que significabuntur per illam coniunctionem Saturni et Jovis. Nam illa coniunctio magna Saturni et Jovis consimiles effectus significabit propter dominium Martis et Mercurii in eadem coniunctione, sicut patebit inferius.

Participabit quoque in significatione istius coniunctionis Saturni et Martis, significatio oppositionis Solis et Lune que in mediate precedet in introitu Solis in Arietem isto anno que quidem oppositio erit in eodem anno completis de Marcio sex diebus et 2 horis. In ista erit Sol in 24° gradu Virginis. Locus principalis istius oppositio erit locis Solis secundum sententiam Ptholomei et maioris parte astronomorum, eo quod Sol erit super terram in ista oppostione. Unde cum locus Solis erit 24 gradus Piscium addet hoc in significatione predicte, scilicet coniunctionis Saturni et Martis quod effectus apparebit in Piscibus. Quia tantum Jupiter dominabitur

1293 eo quod sunt: iuxta quod fuerint AE

in ista oppositione luminarium et diminuet multa mala predicta de significatione predicte coniunctionis Saturnis et Martis per totum istum annum. Sed quia in oppositione luminarium secundario participabit in significatione locus Lune sicut probavi in libro primo Summe mee iudicialis distinctione 9°, capitulo 5°. Et locus Lune in ista oppositione luminarium erit Virgo et eius dominus Mercurius. Hec igitur addent in significationibus predictis Mercurii et Virginis super significationes predictas predicte coniunctionis Saturni et Martis. Sed quia in ista oppostione luminarium Mars erit in 22° gradu Tauri aspiciensque Virginem de trino aspectu et Mercurium de sextili aspectu, et Saturnus erit in 14° gradu Cancri aspiciens Virginem de sextili aspectu et Mercurium de trino, sequitur quod malicia Mercurii in ista oppositione non multum addet in maliciam predicte coniunctionis Saturni et Martis. Sed plus mitigabit ista oppositio maliciam significationis predicte coniunctionis Saturni et Martis in predictis significationibus Martis et Mercurii.

Significatio eclipsis Lune que erit isto anno. Sicut dicit Abraham Avenare in libro suo De annorum revolutionibus, capitulo 5°, et concordat Albumazar in libro Experimentorum, considera si eclipsetur Sol aut Luna in anno in quo fuerit coniunctio magna per hoc enim poteris scire omnia accidentia que evenient in illo anno. Et in isto anno Christi 1357 in primo die mensis Augusti iuxta calculationes Walteri Elvenden incipiendo diem a

1340 Capitulum 5 *add.* H / Significatio eclipsis isto anno *i.m.* D **1347** Ellwinden D Elwynden E Elwyndene HR Elwinder L

meridie diem diei precedentis completis 6 horis et 46 minutis erit eclipsis Lune particularis; et durabit ista eclipsis per tres horas et 6 minuta; et erunt 4 puncta de corpora Lune eclipsatur et 44 minuta. Et erit Sol in ista eclipsis in 15° gradu Leonis et Luna in 15° Aquarii. Saturnus erit in 27° gradu Cancri, et Jupiter in 29° gradu Leonis, Mars in 24° gradu Leonis, Venus in 2° gradu Leonis, Mercurius in 26° gradu Leonis. In principio istius eclipsis erit Luna in ascendente et Sol in septima domo. Hoc ergo significabit fortitudinem effectus eiusdem eclipsis. Et quia locus in medio eclipsis erit prope gradum occidentis erit significatio istius eclipsis in moribus ac in morum variationibus et in senibus et in mortuis. Et quia locus Lune in medio istius eclipsis erit prope gradum ascendentis erit significatio in fructibus et in iuvenilibus hominibus et in fundamentis. Et quia locus Lune erit Aquarius et locus Solis erit Leo apparebit effectus in hominibus et in temperie aeris et in animalibus silvestris. Hec omnia patent per Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 7°. In illa autem eclipsi iuxta sententiam Ptholomei, ubi supra capitulo 8°, principaliter dominabitur Saturnus, eo quod principalis locus eclipsis erit locus Lune qui erit in 15° gradu Aquarii. Ipse ergo Saturnus in hominibus generabit longas infirmitates, ptisim et febres quartanas, fugas in exercitibus, et mortem in senibus. Et erit Saturnus causa destructionis ex frigore. Et quia Aquarius est signum aereum apparebit

1350-1 minuta: et erunt 4 puncta de corpora Lune eclipsatur et 44 minuta **om.** Ac **1361** locus: Lune *om.* D **1375** apparebit: habebit A

effectus in aere. Unde in aere propter dominium Saturni erit frigus, nubes, spisse et qualitates mortiferes et ventorum flatus inconvenientes. Et in mari apparebunt submersiones navium et detrimenta piscium et magni fluxus et influxibus erunt magne inundationes et in seminibus terre erunt dimmutiones et detrimenta per vermes et per pluviarum abundantiam. Hec secundum Ptholomeum ubi supra. Et hec omnia contingent etiam durabunt secundum sententiam Ptholomei, ubi supra capitulo 6°, per tres menses et dimidium post eclipsim, scilicet per totem Augusti, Septembris et Octobris, et per magnam partem Novembris. Ex predictis ergo patet quod ista eclipsis significabit propter dominium Saturni in predictis tribus mensibus et dimidio istius anni scilicet in Augusto, Septembri et Octobri, et maiori parte Novembris longas infirmitates in hominibus et ptisim et febres quartanas et fugas in exercitibus et mortem in senibus. Et in aere erunt pluvie et nubes, spisse et qualitates mortifere et ventorum flatus inconvenientes et frigus magnum suple incomparatione ad naturalem complexionem illius quarte anni. Et in mari erunt submersiones navium et detrimenta piscium et magni fluxus. Et in fluminibus erunt magne inundationes. Et in seminibus terre erunt detrimenta in predicto

1395 suple *om.* AEH

tempore per vermes et per pluvias. Et isti effectus eo fortius apparebunt in predictis tribus mensibus et dimidio, eo quod illi idem effectus erunt de significatione predicte coniunctionis Saturni et Martis in Cancro. Et hec predicte sufficiant ad presens de significationibus coniunctionis Saturni et Martis in Cancro et de significationibus predicte eclipsis que erunt isto anno. Amen.

IIIb

Significatio coniunctionis magne Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365 in mense Octobris completis de eodem mense 29 diebus 14 horis et 29 minutis, 8 gradu Scorpionis.

Pro significatione istius coniunctionis magne est sciendum quod ista coniunctio secundum omnes astronomos deberet esse magne significationis; primo quia ista coniunctio erit in nova triplicitate, nam dicit Albumazar primo De coniunctionibus magnis differentia prima, quod accidentia universalia significantur per coniunctionem utrorumque altiorum in Ariete, et per coniunctiones eorum quando mutantur a triplicitate in triplicitatem ut sunt diluvia, vices et secte et similia. Et dicit Haly super 2° Quadripartiti Ptholomei capitulo 4° quod coniunctio Saturni et Jovis habet virtutem magnam valde in regnis et in sectis mutandis et mutationibus habitationum de uno loco in alium. Et paulo ante dicit Haly, convenit ut prima vice quia iungentur Saturnus et Jupiter

1 significationes E 3-6 gradu...coniunctio: in signo Scorpionis et nova triplicitate que significabit valde magnas mutationes in mundo et accidentia grandia et terribilia secundum omnes astronomos loquentes de hac materia NP 3-4 8 gradu Scorpionis om. c / Scorpionis: 2 tractatus Asschynden add. A Capitulum primum add. H
7 debet *c*

in trigono cum de alio trigono se mutant, ut habeat hec coniunctio virtutem magnam et maiorem quam alie coniunctiones.

Alia causa est quare ista coniunctio dicitur esse magne significationis, nam dicit Messahala in epistola sua De coniunctionibus capitulo 9°, quod res maxime et propalate eveniunt ex coniunctionibus planetarum altiorum, et hoc fit a tarditate motus eorum; cumque coniuncti fuerint omnes tres superiores in uno termino vel facie et aspexerit eos Sol, significat destructionem sectarum et regnorum et eorum mutationes necnon et res maximas secundum quantitatem fortitudinis eorum et eum qui vincit in signis eorum. Et hec est maxima coniunctio que significat etiam adventus prophetarum et destructionem quorundam climatum necnon et res maximas et maxime si adiuvaverint aliqui planetarum inferiorum. Cum ergo ista coniunctio erit in nova triplicitate, eo quod tunc iuvabitur coniunctio Saturni et Jovis de triplicitate aerea in triplicitatem aqueam. Et quamquam Mars non erit coniunctus cum eis in uno termino nec in una facie, nichilominus in principio, quando Saturnus et Jupiter ingredientur signum Scorpionis quod erit in mense Septembris, eodem anno supradicto, erit tunc Mars in fine eiusdem signi Scorpionis, et per consequens tunc omnes tres superiores erunt simul coniuncti ad minus in eodem signo deinde circa finem mensis Octobris, scilicet in 30 die ut predictum est, erit corporalis coniunctio

22 dicitur: debet cP deberet N **25** propellate A mirande NP **26** fit: facit DP **29** sectarum regnorum HL **32** adventus: eventus A **41** mense: fine L fine mensis AEHNPR

Saturni et Jovis in 8 gradu Scorpionis et in 22 minuto eiusdem gradus. Et erunt tunc Sol, Venus et Mercurius in Scorpione cum eis et Luna in signo opposito, scilicet Tauro ut patet in hac figura. Erunt ergo tunc coniuncti omnes planete simul in eodem signo excepta Luna, quia tunc opponetur eis, et excepto Marti, qui erit tunc in 22 gradu Sagittarii, qui etiam erit in Scorpione quando Saturnus et Jupiter incipient coniuncti in Scorpione, et tunc erunt tres superiores coniuncti in eodem signo. Sed secundum Haly super 2° Quadripartiti Ptholomei capitulo 4°, in principio quinto, magis miscentur virtutes celestes tanto maiora significant accidentia et durabiliora. Sequitur ergo quod coniunctio Saturni et Jovis erit in nova triplicitate, tum etiam quia cum eis circa tempus coniunctionis eorum erunt omnes alii planete coniuncti excepta Luna quod illa coniunctio significat magnas mutationes in mundo et est coniunctio magne significationis.

Ad habendeum ergo significationem istius coniunctionis principaliter sunt quattuor consideranda: primo videlicet ubi eveniet effectus significatus per hanc coniunctionem, secundo quando veniet effectus et quantum tempus durabit, tertio in quibus rerum generibus

46 15 minuto A 17 DNP **51** qui erit tunc *om.* HNPR **51-2** qui...Scorpione: Ista figura describitur in sua constellatione coniunctionem Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365 mense Octobris die 30 horis 15 minuto 15 in 22 gradu Sagittarii igitur etiam erit in Scorpione L **55** 2: primo HR principio ENP **58-9** coniunctio... erit: cum ista coniunctio est HR **64-5** Circa cuius significationem quattuor sunt consideranda EHR **63** significationis: Sequitur figura add. P **65** sunt: hic quattuor notanda atque consideranda sicut in alia coniunctione precedente A

apparebit, et quarto cuiusmodi effectus apparebit ex ista coniunctione sive bonus sive malus. Iste modus pronosticandi satis probatur in significatione precedentis coniunctionis Saturni et Martis in Cancro. Pro primo videlicet ubi accidet effectus istius coniunctionis est sciendum quod hoc primo scietur ex loco coniunctionis et a domino eius, secundo ex ascendente coniunctionis et a domino eius, et tertio ex Saturno qui elevabitur super Jovem in ista coniunctione. Pro primo est sciendum quod locus coniunctionis est 8 gradus Scorpionis, cuius dominus est Mars. Unde secundum Albumazar 4° De coniunctionibus magnis in fine, tertium clima est Egipti et ipsum est Martis et habet ex signis Arietem et Scorpionem. Et dicit Haly Abenragel libro 8° capitulo 34°, quod clima tertium est Martis; et eodem libro capitulo 35°, dicit Haly quod terra Arabia est Veneris et Scorpionis. Et Abraisinus in libro suo De annorum revolutionibus, dicit quod tertium clima est terra Siriorum et terra promissionis, in qua dominatur Mars. Unde et ibidem erant prelia ab origine mundi, ut legitur in Veteri Testamento. Et Haly Abenragel, ubi supra capitulo 36°, dicit quod Mars secundum dicta Romanorum habet 7 clima terram Turkie, terram promissionis, et terrarum Romanorum; et secundum dicta Indorum Mars habet terram Alexandrie et terram promissionis. Et secundum sententiam Ptholomei et Haly 2° Quadripartiti capitulo 3°, Scorpio et Mars dominantur super Mechagan-

69 apparebit[1]: effectus **add.** A **70-72** Iste...Cancro **om.** HLP **77-8** in...quod **om.** EHR **83** terra turcorum P / tertium: trachie A turchie EHR **87** terra[1]: regio A **88-9** ut...Testamento **om.** EHPR **92** Judeorum P

tes, Getuliam et Mauritaniam, Siriam, Gomagenam et Capodociam. Et dicit Albumazar, ubi supra, quod Scorpio habet ex terris Alliget, Alemaniam et Diocesim Arabum, et summitates montium, et terram in quo sunt palmes, et loca venationis et loca alta. Ulterius in eodem capitulo, dicit Albumazar quod Scorpio habet nigredinem et terram Eradie. Et dicit Abraisinus in libro suo <u>annorum revolutionibus</u>, dicit quod Scorpio preest terre Scotie, eo quod homines illius terre conveniunt cum ipsi Scorpioni in moribus. Sunt enim crudeles, superbi, elati, luxuriosi, et bestialitati, falsi, et subdoli fidem et fidelitatem infrigentes, et plus mori quam subici cupientes. Isti vero mores et conditiones maxime omnes homines competunt Scorpioni. Et ideo Abraisinus posuit Scotos propter convenvientiam dictarum conditionum eorum sub dominio Scorpionis et Martis. Scorpio enim, ut ait Abraisinus ubi supra, est signum totius falsitatis et fallacie totius, perversitatis et nequitie. Dicit etiam Hermes in suo <u>Centilogio</u>, propositione 9^{a}, non diffinias nec eligas aliquid existente Scorpione in ascendente nec cum anguli sint obliqui aut si Mars existat cum eis falsus enim eveniet diffinitionis eventus precipue quia Scorpio est signum falsitatis. Et ulterius in eodem libro propositione 11^{a}, dicitur rumores dicti Luna existente in primo facie Scorpionis

96 Maruritaniam, Siriam et Getuliam ANP Mauritaniam, Getuliam et Siriam EHR **102** Eradie: Arabie LP Aradie EHR **106** luxurie D / bestialitati: dediti **add.** cA et bestialitati **om.** P **108** cupient D **108-9** maxime... homines: inter omnia signa plus E **109-11** Abraisinus... eorum: Et ideo ponit Abraisinus quod Scoti sunt EP **111** Scorpionis: Saturni E **117** fallacie...et^{2} om. P

mendaces sunt. Et Mansor in libro de iudiciis et est quasi Centilogium suum, et concordat etiam Hermes in alio libro suo de astronomia, Scorpio est infortunata signorum quemadmodum, et eius dominus est infortunatus planetarum. Ex hiis omnibus patet, quod signum Scorpionis dominatur super Scotos, cum Marte domino suo. In predictis terris et regionibus que sunt sub dominio Scorpionis et Martis apparebit effectus istius coniunctionis et maxime in regno Scotie propter causas predictas.

Secundo sciemus ubi apparebit effectus illius coniunctionis ex ascendente et domino eius. Quia igitur ascendens istius coniunctionis erit 21 gradus Virginis, cuius dominus est Mercurius, sequitur ex processu alterius coniunctionis, scilicet Saturni et Martis in Cancro, quod effectus istius coniunctionis magne apparebit in terris et regionibus que sunt de significatione Virginis et Mercurii. Sed in significatione precedentis coniunctionis Saturni et Martis in Cancro, tractatum est satis diffuse que terre et regiones sunt sub dominio

121 mendaces: falsi E **122-3** et...astronomia **om.** c **123-4** infortunium...infortunia P **124** queadmodum et eius: sicut suus EHR **125** hiis...signum: quibus patet EHR **126** Quales sunt **add.** EHR **129** Scotie: Francie P **129-31** et maxime...effectus om. R **131** sciendum est P / apparebit: erit *c* **131-3** illius... erit: ex ascendente et dominus eius ascendentis autem est **c** **132-3** Quia...coniunctionis: qui P **134** cuius...Mercurius om. A **134-6** cuius...Cancro: Unde eventus P **136** Maxime AEP **138-41** Sed...ibidem quod: Unde P

Virginis et Mercurii. Nam dictum est ibidem, quod Virgo et Mercurius dominantur super Mesopotamiam, Babiloniam, Assiriam et super Ellas, Achaia et Creta; et secundum Albumazar, super 6 climate quod est Gog et Magog; et secundum Haly Abenragel, super climate Egipti; et secundum Albumazar super terram Sur, terram insule, terram quoque Grecorum et Affricam. Et dicit Haly Abenragel quod Mercurius, secundum opinionem Romanorum, habet Alexandriam, terram Grecorum et terram promissionis; et secundum opinionem Persarum habet 3 et 6 climata. Item secundum Abraisinum in libro suo De annorum revolutionibus, 6 clima est regio Burgundorum et Francorum, in quo dominatur Mercurius convertibilis nature. In hiis ergo omnibus regionibus apparebit effectus istius coniunctionis, propter causas predictas in significatione precedentis coniunctionis Saturni et Martis. Et precipue apparebit effectus in regno Scotie et in regno Francie, propter causas predictas, ab Abraisino, qui maxime rationabiliter loquutus est in hac materia. Item quia in ista coniunctione Saturni et Jovis, Saturnus elevabitur super Jovem, eo quod latitudo utriusque erit septentrionalis latitudo enim Saturni erit 2 gradus et unum minutum, sed latitudo Jovis erit tantum unius gradus et 2 minuta. Saturnus ergo in ista coniunctione participabit in dominio cum Marte et Mercurio. Effectus igitur istius coniunctionis apparebit in terris et regionibus que sunt de significatione et dominio Saturni.

143 Creta: Siria P / Ollas Achia P **144** Albumazar: Haly Abenragel PN **146** Sin P **155-6** propter...Martis **om.** P **160-61** Saturni...utriusque **om.** P **165** dominio: significatione P / Et per quos **add.** A **166** terris: regnis P

Dicit itaque Albumazar 4° De coniunctionibus magnis in fine, quod primum clima est Indorum et ipsum est Saturni et tertium clima est Egipti, et ipsum est Martis et habet ex signis Scorpionem. Et dicit Haly Abenragel libro 3° capitulo 34°, quod prima clima est Indie et est Saturni. Et ubi supra, capitulo 35°, dicit Haly quod Roma est Saturni et Arabia, Scorpionis et Veneris. Et ubi supra capitulo 36°, dicit Haly quod Saturnus habet primum clima quod est India, Asia, nigrorum et summitas montium. Et dicit Abrasinus, ubi supra, quod primum est Nathea vel Asachea regio, terra scilicet orientalis in qua dominatur Saturnus; unde illius regionis homines sunt ceteris prudentiores et ad aliena cupienda faciles et ceteris simpliciores. Et secundum Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 3°, Saturnus cum Capricorno gubernat Indiam, Ariane et Gedrusiam, Thraciam, Macedoniam et Illiriam. Saturnus item cum Aquario gubernat Seromaticam Oxiane et Sugdiane, Adhamam, Arianam et Mediam, Ethiopiam. Hec secundum Ptholomeum. Et dicit Abraisinus, ubi supra, quod Saturnus preest Ascinit et Alchint et terre Ethiopum et eorum montibus. Et dixit quidem valens astronomus Anglicus, qui vocabatur magister Henricus de Fenby, quod Luna dominatur super Anglos et Saturnus super Scotos et ipsimet Scoti hoc tenent. In predictis igitur terris et regionibus apparebit effectus istius coniunctionis. Sed quia Saturnus et Jupiter erunt septentrionalis in latitudine sua in ista coniunctione magna, effectus istius coniunctionis multum apparebit

176 Asia: Azun D Asium H asin nigros E 184
Ilbiriam E Ilbaur H 185 Adoniam P 190 Fereby A
Heinricus Deseubi P 191 tenentur R 195 maxima AHR

in terris et regionibus septentrionalibus prenominatis, et precipue in Scotia et in Francia propter causas predictas. Et quia etiam loca Martis et Mercurii et Saturni, qui dominabuntur in ista coniunctione, erunt meridionalia, sequitur etiam quod effectus istius coniunctionis maxime apparebit in predictis regionibus meridionalibus, ut patet prius in significatione coniunctionis Saturni et Martis. Apparebit ergo effectus istius coniunctionis maxime in India, Egipto et Arabia, et in terra nigrorum et in terris orientalibus et in terris Arriane et in Gedrusia et Thracia, Illiria, Macedonia, Arania et in Media, Ethiopia, in terra promissionis, Turkia, Alexandria, Babilonia et Siria. In hiis ergo omnibus regionibus et terris apparebit effectus istius coniunctionis. Sed aliqui effectus istius coniunctionis plus apparebunt in predictis terris septentrionalibus, et aliqui plus apparebunt in predictis terris meridionalibus sicut patebit inferius. Et secundum Albumazar primo De coniunctionibus magnis differentia 2ª, quia ista coniunctio erit in triplicitate aquea accidet fortitudo effectus istius coniunctionis ex parte meridie suple in regionibus predictis.

Modo videamus quando apparebit effectus istius coniunctionis. Hoc autem scietur, prout ut probatum est prius in significatione precedentis coniunctionis Saturni Martis, ex horis inequalis interceptis inter ascendens et locum coniunctionis. Sed inter ascendens et locum istius coniunctionis erunt tres hore inequales.

199 erunt: signa *add.* AEHR 202 ut: consequentia AH 202-3 ut...Martis *om.* P 208 Siria: Morea P 212 septentrionalibus...in *om.* P 218 accidet D 219-21 prout...Martis **om.** P

Et ista coniunctio erit valde magna, eo quod erit in nova triplicitate et propter alias causas predictas. Et erit etiam ista coniunctio fortis valde, eo quod erit in signo fixo et in domo sequenti ad angulum, scilicet in 2^{a} domo. Ex quibus sequitur quod tres anni erunt a tempore istius coniunctionis antequam eveniet fortitudo effectus istius coniunctionis. Iste processus plus manifestatur in significatione precedentis coniunctionis Saturni et Martis. Item dicit Albumazar primo <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia 2^{a}, quod tempus apparitionis significationis coniunctionis Saturni et Jovis si fuerit in triplicitate aquea, erit ad duas coniunctiones eorum postquam mutata est coniunctio ad novam triplicitatem. Et in libro 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia prima, dicit Albumazar cum fuerit coniunctio talis magna in principio signi, erit permutatio regni vel secte in coniunctione 3^{a}. Hic ergo emergit magna dubitatio et magna perplexitas ex predictis, quando scilicet apparebit effectus istius coniunctionis. Pro quo est sciendum quod quia ista coniunctio erit valde magna et valde fortis et quia locus coniunctionis est signum fixum et succedens angulum illi tres hore inequales, que interceptientur inter ascendens et locum coniunctionis, significabunt tres annos antequam apparebit effectus in magnis accidentibus mundi a tempore coniunctionis, puta in mutationibus regnorum et in preliis magnis et in depopulationibus quorundam regionum et in consimilibus. Sed quia ista coniunctio significabit aliquam sectam

224 ista coniunctio: significatio A 230-32 Ista... Martis *om.* P 245 angulo ille *c*P 250 consimilibus: animalibus P

novam, vel saltem destructionem alicuius secte antique, hoc forte poterit contingere post duas coniunctiones Saturni et Jovis vel in 3^{a} coniunctione eorum a tempore istius coniunctionis magne. Secundum intentionem Albumazar iam allegatam, alii tamen effectus minores qui contingent ex ista coniunctione, ut puta effectus concernentes temperiem aeris et huius, apparebunt eodem anno et forte eodem mense statim post coniunctionem.

Modo restat videre quamdiu durabit effectus istius coniunctionis. Pro quo est sciendum quod hoc scietur principaliter ex fortitudine istius coniunctionis. Quia enim ista coniunctio erit in signo fixo, significabit hoc fixionem rei et durabilitatem effectus, prout dicit Albumazar 2° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia prima. Et concordat cum eo Messahalla in epistola sua <u>De coniunctionibus</u> capitulo 8°. Concordat etiam in hoc Hermes in suo <u>Centilogio</u>, quia ergo ista coniunctio erit valde magna et valde fortis, eo quod erit in nova triplicitate et in signo fixo et domo succedenti ad angulum. Et quia in tempore istius coniunctionis coniungentur omnes planete fere cum Saturno et Jove ut predictum est, sequitur quod duratio effectus istius coniunctionis erit secundum annos fardarie maioris planetarum qui dominabuntur in ista coniunctione. Si enim esset ista coniunctio in capite Arietis et in angulo, duratio effectus eius foret secundum annos fardarie maximos planetarum dominatorum. Quia ergo ista coniunctio non erit in capite Arietis sed in nova triplicitate, et

260 *ante* Modo: Capitulum secundum H **262** principaliter *om.* A*c* **270** sequenti P **274** erit: durabit P / firdarie c*P*

non in angulo sed in succedenti angulo, rationabile mihi videtur quod duratio effectus eius accipiatur ex annis fardarie minoribus planetarum dominatorum. Planete vero dominatores in ista coniunctione erunt Mars et Mercurius et Saturnus; et anni firdarie minores istorum trium planetarum, secundum Albumazar 7° Maioris introductorii differentia 8^{a}, sunt isti: Martis 66, Mercurii 76 et Saturni 57. Cum ergo anni fardarie Martis, qui principaliter dominabitur in ista coniunctione erunt 66. Addo etiam 4 annos ad supplendum 70 annos propter dominium Mercurii et Saturni. Dico igitur quod effectus istius coniunctionis durabitur per 70 annos a tempore coniunctionis secundum maius et minus.

Tertio principaliter est considerandum in isto negotio in quibus generibus rerum apparebit effectus istius coniunctionis. Hoc autem scietur ex tribus prout dictum est prius in significatione alterius coniunctionis: primo videlicet ex loco coniunctionis, secundo ex ascendente coniunctionis, et tertio ex formis seu imaginibus stellarum fixarum in directo loci coniunctionis et ex ascendente coniunctionis. Pro primo est sciendum quod locus coniunctionis erit 8 gradus Scorpionis. Quia igitur signum Scorpionis est de triplicitate aquea apparebit effectus istius coniunctionis in aquis. Et secundum Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 7°, quia ista coniunctio erit in signo meridionali alterationes aeris significabit ex ventis et pluviis fortibus. Et quia locus coniunctionis erit signum fixum, apparebit

284 maiores A **293** ante Tertio: Capitulum tertium H/ in isto negotio *om.* P **295** tribus: generibus *add.* E

effectus in fundamentis et in edificiis. Et secundum Mesahalam in epistola sua De coniunctionibus, quia ista coniunctio erit in signo aquatico significabit multitudinem pluviarum in aere et tempestates multas. Et quia ista coniunctio erit in signo femineo apparebit effectus istius coniunctionis in animalibus feminis. Et dicit Albumazar 6° Maioris introductorii differentia 26[a], quod 2 domus est domus possesionis substantie et significat continentia vite atque victus acceptiones quoque et donationes et significat finem iuventutis. Cum igitur locus istius coniunctionis erit in secunda domo apparebit effectus eius in predictis.

Dixi prius quod 2° scietur in quibus generibus rerum apparebit effectus ex ascendente istius coniunctionis. Pro quo est sciendum quod ascendens istius coniunctionis erit 21 gradus Virginis. Sed significationes Virginis satis diffuse ponuntur prius in significatione predictis coniunctionis Saturni et Martis in Cancro; unde et in eiusdem rebus que ponuntur ibidem de significatione Virginis, apparebit effectus istius coniunctionis magne Saturni et Jovis. Tertio scietur in quibus generibus rerum apparebit effectus istius coniunctionis, ex formis seu imaginibus stellarum fixarum in directo loci coniunctionibus et in directo loci ascendentis coniunctionis. Sed in directo loci coniunctionis qui erit 8

315 possessionis: passionis D 316 continentiam: sanitatem HLR 323-8 Sed...Jovis: Quia igitur iuxta sententiam Ptolomei 2 Quadripartiti, Virgo est de forma humane, eventus istius coniunctionis in humano conditione apparebit; et quia Virgo est figura habens alas apparebit eventus istius coniunctionis in volatilibus et maxime in volatilibus que ab hominibus commeduntur. Item quia Virgo coniunctionibus in hominibus et regibus. P (cf. IIIa. 508-514)

gradus Scorpionis in spera nona, sunt modo iste imagines seu forme stellarum fixarum in spera 8^{a}, videlicet versus septentrionem imago Lyre, Caput Hydre, Corona Septentrionalis et Hercules; et versus meridiem sunt Centaurus et Lupus. Item in directo ascendentis istius coniunctionis, quod erit 22 Virginis in spera nona, sunt modo iste imagines stellarum fixarum in spera 8^{a}, videlicet versus septentrionem imago signi Virginis, manus Lanceatoris qui dicitur Boetes seu Arthurus, et pars Draconis circa polum; et versus meridiem sunt Crater et Hydra et pars navis qui dicitur Argos. Ista patent prius in significatione precedentis coniunctionis Saturnis et Martis, ex intentione Ptholomei libro 6° Almagesti, et libro primo Quadripartiti capitulo 9°. In predictis igitur generibus animalium seu rerum que predictis imaginibus assimulantur. Apparebit effectus istius coniunctionis et precipue in hominibus et in reptilibus et in mari et in fluminibus in navibus quoque et piscibus. Et eo fortius apparebit effectus in huius generibus rerum quia effectus precedentis coniunctionis Saturni et Martis apparebit in eisdem, sicut patet in

335 Libre P **338** 23 A 21 EHP **343-6** Ista...9° **347-8** rerum...assimulantur *om.* A **348** imaginibus: animalibus P **349** coniunctionis: que si res predictis ymaginibus saltem assimilantur *om.* A **351** effectus: istius coniunctionis *om.* D **352-4** Quia... coniunctionis: propter coniunctionem Saturni et Martis in 21 gradu et 48 minuto Cancri, anno Christi 1357, Junii 7d. 22h. 38m., cuius ascendens 13g. Virginis. Istius coniunctionis Saturni et Martis effectus apparebunt in predictis rerum generibus P

significatione eiusdem precedentis coniunctionis.

Quarto principaliter considerandum est cuiusmodi effectus evenient ex ista coniunctione magna an bonus an malus. Hoc autem scietur a domino loci istius coniunctionis principaliter, qui erit Mars; et secundo ex domino ascendentis istius coniunctionis, qui erit Mercurius; et tertio ex Saturno, qui etiam participabit in dominio istius coniunctionis eo quod elevabitur super Jovem in coniunctione eorum ut predictum est. Et quia Mars et Mercurius dominantur in precedenti coniunctione Saturni et Martis in Cancro, sequitur quod illa coniunctio Saturni et Martis multum addet in significatione istius coniunctionis magne Saturni et Jovis, cum tempus durationis significationis precedentis coniunctionis durabit usque ad secundam coniunctionem magnam ut prius probatum est. Et precipue addet illa precedens coniunctio super istam coniunctionem magnam, scilicet in significationibus Martis et Mercurii. Significationes vero Martis et Mercurius satis exprimuntur prius in significatione precendenti coniunctionis Saturni et Martis, et ideo recurrendum est ad illum locum.

Significationes Saturni sunt iste, enim Saturnus, quia erit in secunda coniunctione dispositionis dominus secundum Ptholomeum 2° Quadripartiti capitulo 8°, generaliter erit occasio destructionis ex frigore contingente in hominibus, quoque longas infirmitates generabit, ut tussim et ptisim, ac nocumenta que pro-

354 coniunctionis: de rei significata per istam coniunctionem etc. Amen. *add.* A **355** *ante* Quarto: Capitulum quartium H **371-6** Significationes...erit: Et quia Saturnus P **375-6** enim...in secunda: Ipse Saturnus erit in A

venient ex humoribus et humorum magnis collectionibus, ut sunt secundum Haly ibidem, fluxus ventris et fames canina; generabit etiam febres quartenas et paralises, et secundum Haly, rheumata frigida. Significabit etiam fugas in exercitibus et tristitias, timores et anxietates et mortalitates et maxime senuum. Et secundum Albumazar 5° <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia prima erunt bella et guerre et interfectiones et pauperabuntur divites et morientur pauperes. Hec secundum Ptholomeum ubi supra. Et concordat Albumazar quod erit detrimentum in animalibus quibus homines utuntur, et precipue in volatitibus et in piscibus eo quod effectus coniunctionis apparebit in eis secundario, sicut dictum est prius. Huiusmodi enim animalia dimminuentur et corrumpentur, propter infirmitates quas sibi contingent, et ideo ex converti accident hominibus qui eis utuntur tales infirmitates, propter malas fumositates et malas vapores de huiusmodi bestiarum corporibus resolutas. Et in aere erunt magna frigora et qualitates mortifere, et inspissabitur aer nubibus, et erunt nives ac ventorum flatus inconvenientes, ex quibus ventis quamplures bestie que nocebunt homines procreabuntur. Et eo fortius quia locus coniunctionis erit Scorpio, unde secundum Haly dominabuntur reptilia, humane nature nocentia cuiusmodi sunt colubri, lacerte, mures, formice, musce et similia. Et secundum Albumazar ubi supra, erunt fulmina, corruscationes, tonitrua et venti validi. Et eo fortius hec accident quia Mars et Mercurius hec eadem significabunt.

388 depauperabuntur P **393** secundario *om.* AEP secundum quod HR **395** quas sibi contingent: que eis accident P **402** hominibus generabuntur P

Et secundum Ptholomeum ubi supra, in mari et in fluminibus accidet hyemalis aer. Et erunt submersiones navium et pericula navigandi propter ventos et tempestates. Et erit paucitas piscium atque destructio eorum; in mari etiam erunt magni fluxus et magni refluxus rivi, etiam crescent multum, et erunt aque eorum corrupte. Ista fortius contingent ibidem quia ista coniunctio habebit significationem super mare et super flumina et super pisces in eis et super naves in mari. Et propter hoc Mars et Mercurius, easdem tempestates quas predixi in mari et in fluminibus, significabunt. Et secundum Ptholomeum in terrarum fructibus accident diminutiones et detrimenta quia calor naturalis in eis debilitabitur ex Saturno. Et secundum Haly et secundum Ptholomeum erit detrimentum in eis per vermes et locustas, et precipue evenient ista quia Scorpio erit locus coniunctionis una cum dominio Saturni et Martis et Mercurii. Et secundum Ptholomeum, erit detrimentum in fructibus ex submersionibus eorum vel per pluviarum abundantiam seu per frigus seu per eorum similia ex quibus accidet grandis pestilentia et fames seu caristia et obsidiones quarum occasione multi homines morientur. Hec Ptholomeus. Et est notandum quod si predicta mala ex frigore vel ex pluviis contingent ex ista coniunctione timendum est quod plus continget in terris nostris septentrionalibus. Isti autem effectus predicti ex significatione et dominio Saturni, apparebunt ex ista coniunctione in diversis temporibus et in diversis terris et regionibus supradictis. Et secundum sententiam Albumazar 4° De

415 contingent: crescunt A **425** coniunctionis: et dominabitur in ista coniunctione *add.* A

coniunctionibus magnis differentia 6^{a} quia locus istius coniunctionis erit in Scorpione, erunt multe guerre, depredationes, planctus, tristitie, carceres et proditiones et interfectiones et egritudines, et tenebre et pluvie multe in aere, et erit nocumentum hominibus a vermibus terre.

Ex predictis ergo concludendo recolligam significationem specialem istius coniunctionis magne. Pro quo est sciendum quod satis probatum est prius in principio tractatus de significatione istius coniuctionis, quod hec coniunctio erit valde magne significationis et quod ipsa significabit multa mirabilia et multa terribilia et nova et inaudita. Probatum est ibidem quod ista coniunctio significabit mutationem seu destructionem alicuius secte et mutationes quorundam regnorum eo quod ista coniunctio erit in nova triplicitate. Dicit enim Albumazar 3° De coniunctionibus magnis differentia prima quod accidentia universalia significantur per coniunctionem utrioque altiorum in Ariete, et per coniunctionem eorum quando mutatur a triplicitate in triplicitatem, ut sunt diluvia et vices et secte et similia. Et dicit Haly super 3° Quadripartiti Ptholomei capitulo 4°, quod coniunctio Saturni et Jovis habet virtutem magnam valde in regnis et in sectis mutandis, et in mutationibus habitationem de uno loco in alium. Et huic etiam sententia concordat Mesahalla in epistola sua prout allegatum est prius. Concordant etiam Johannes Hispalensis in suo Quadripartito, et Abraham Avenare in suo libro De coniunctionibus et annorum revolutionibus

439 Scorpione: fortitudine P 444 concludendo *om.* A
455 universalia: multa A

et omnes astronomi qui loquuntur de hac materia in hoc concordant. Premissa ergo protestatione illa quam feci prius in significatione coniunctionis Saturni et Martis in Cancro. Dico quod verisimile est quod hec coniunctio Saturni et Jovis, tam quia erit in nova triplicitate, tam etiam quia est tempore istius coniunctionis quasi coniunctio omnium planetarum, quod hec coniunctio significabit mutationem seu destructionem alicuius secte antique, vel aliquam novam sectam incipere seu aliquem novam prophetiam insurgerem in mundo vel utrumque istorum, scilicet et mutationem alicuius secte antique et inceptionem alicuius secte nove future. Item versimile est quod ista coniunctio significabit mutationes quorundam regnorum, et aliqua diluvia particularia in aliquibus terris sicut patebit inferius et alia que predixi. Unde dico quod possit rationaliter concludi per istam scientiam, quod ista coniunctio significabit mutationem seu destructionem secte Saracenorum. Nam sicut prius probatum est effectus istius coniunctionis maxime apparebit in Arabia, Siria, Thracia, terra promissionis, Turkia, Alexandria, Babilonia, Mesopotamia, Asiria, Achaia, Creta et Macedonia. In istis terris maxime colitur Mahometus, et omnes iste terre sectam eius observant. Cum ergo ista coniunctio magna Saturni

467 qui Loquuntur: loquentes AEP **469-70** Prius... Cancro: videlicet quod in hoc opere nolo asserere quicquam quod poterit fidei katholice obviare aut pias aures offendere et si quid tale dixero ex nunc pro tunc revoco P (cf. IIIa.782-6) **477** scilicet : magnam *add.* P **478** inceptionem: inchoationem DL corruptionem H / alicuius...future: alterius P **481** alia: patet per aliam A **482** ostendi: concludi D

et Jovis significabit mutationem seu destructionem alicuius secte ut probatum est sequitur, quod maxime significabit destructionem secte Saracenorum. Et confirmatur istud sic nam secundum Albumazar primo De coniunctionibus magnis differentia 4ª et 2° De coniunctionibus magnis 8° et etiam prout in illo libro qui intitulatur Ovidius De vetula libro 3°, Venus dominatur super secta Saracenorum. Sed Venus in illa coniunctione magna erit in 26 gradu Scorpionis, in suo videlicet exilio et detrimento, scilicet in signo oppositio domui sue et in domo Martis, quia Mars contrariatur sibi, et in termino Saturni. Et ipsa ibidem erit combusta, scilicet infra radios Solis. Et erit obsessa a duabus infortuniis, scilicet a Saturno et a Marte, eo quod Mars erit in 22 gradu Sagittarius, et Saturnus in 8 gradu Scorpionis. Ipsa etiam Venus erit ibidem obsessa a Mercurio et a Marte, quia Mercurius erit in 23 gradu Scorpionis; et Mercurius in isto casu tantum contrariatur Veneri, et tantum infortunat eam ad mutandam et ad destruendam sectam suam sicut facit Saturnus. Nam Mercurius significat Christianos, secundum Albumazar, ubi supra, qui maxime sunt inimici Saracenorum. Iste obsessus vel obsessio Veneris erit magnum infortunium et magnum detrimentum sibi, secundum sententiam Bethem in Centilogio suo propsitione 2ª, ubi dicit quod planeta obsessus est ut timens inter duos hostes. Sequitur ergo quod Venus in ista coniunctione erit totaliter infortunata. Sed

501 domui: domini P 502 contrariatur: erit contrarius A 505-6 eo quod...Venus *om.* EP 505-7 eo quod...Marte om. A 515 Bethony L Ptolomeus P 516 16ª P

quia hec omnia mala et infortunia predicta accident Veneri in domo fidei existenti, videlicet in domo tertia, eo quod tertia domus et nona sunt domus fidei, secundum Albumazar et Alchabitium in suis Introductoriis sequitur ergo quod quia Venus erit in illa coniunctione combusta et in exilio suo, erit obsessa et quasi totaliter depressa necnon comfortata a Jove, propter coniunctionem Saturni cum Jove, et propter elevationem Saturni supra Jovem. Et quia ipsa Venus erit sic infortunata et totaliter depressa in domo fidei, et ista coniunctio significabit mutationem secte alicuius, sequitur ergo quod ista coniunctio significabit mutationem et destructionem secte Saracenorum. Et est huius notandum quod Albumazar 2° De coniunctionibus magnis differentia 8ª, pronosticavit durationem secte Mahometi sive Saracenorum per 693 annos, cui concordat in parte isto Apocalipsis 13, numerus bestie erit 666, quam auctoritatem exponunt multi Catholici de Mahomete in duratione secte sue; et isti duo numeri annorum scilciet 693 et 666 non multum discrepant, quod sit magni ponderis in isto casu. Sed Mahometus incepit predicare, prout ponitur in Historia Aurea 29°, anno Eraclii videlicet anno Christi 622. Ergo iuxta pronosticationem Albumazar, ubi supra, secta Mahometi debuit fuisse mutata et destructa per 42 annos elapsos ante istum annum Christi 1357. Et per dictam auctoritatem Apocalipsis, si debeat sic exponi per 69 annos elapsos vel circiter; qualitercumque tamen sit de hoc, magna evidentia est quod ista coniunctio magna

significabit mutationem et destructionem secte Saracenorum propter causas iam predictas. Et quia Venus, ut predictum est, que est significatrix illius secte, erit in ista coniunctione obsessa inter Mercurium et Martem; et Mercurius significat sectam Christianorum, et Mars significat bella et guerras et destructiones et depopulationes terrarum per gladium, et Mercurius et Mars dominabuntur in ista coniunctione ut predictum est, sequitur quod secta Saracenorum destruetur per Christianos; et erit ista destructio per gladium et per guerras et prelia et depopulationes et destructiones predictarum terrarum Saracenorum a Christianis. Et eo fortius significabit hec coniunctio destructionem et depopulationem predictarum terrarum Saracenorum quia hec coniunctio erit in 2 domo videlicet in domo possessionum. Et secundum sententiam Abraham Avenare in libro suo De annorum revolutionibus et coniunctione, quia Saturnus in ista coniunctione elevabitur super Jovem et erit fortior eo, significabit quod gens antiqua locum inhabitans quemcumque devicta non erit, sed superabit. Cum ergo secta Christiana antiquior sit secta Saracenorum, ipsi Christiani devincent et destruent Saracenos et non econtra.

Et apparet etiam secundum istam scientiam quod ista coniunctio significabit mutationem seu destructionem seu depopulationem regni Scotie. Nam dicit Messahalla in libro suo De coniunctionibus capitulo 10°, et concordat

554 depopulationes: quorundam *add.* P **559-61** Et... Saracenorum *om.* E **568** antiquior: maior H *om.* L / sit secta **om.** D **568-9** sit: et secta Saracenorum nova. Sequitur quod ipsi Christiana destruent Saracenos *add.* P

Abraham Avenare in libro suo De annorum revolutionibus aspicias in coniunctione magna Saturni et Jovis ad illum planetam, qui vincit in figura, que si fuerit fortunata, significabit in terris in quibus apparebit effectus coniunctionis bonum et temporis coaptationem, si fuerit malus, significabit detrimentum et corruptionem et guerras et depopulationes in eisdem terris. Cum ergo Scorpio specialiter dominatur super Scotiam ut predictum est. Et secundum aliquos Saturnus dominatur super Scotos, et secundum aliquos Mars dominatur super eos. Et isti duo, scilicet Mars et Saturnus, cum Mercurio dominabuntur in ista coniunctione, qui sunt infortunati. Igitur sive Saturnus sive Mars dominetur super Scotiam, significabit malum et detrimentum advenire illo regno ex guerris et preliis et combustionibus et depopulationem et destructionem seu mutationem eiusdem regni. Precipue quia locus coniunctionis erit in domo possessionum, et quia hec coniunctio mutationes seu destructiones quorundam regnorum significabit, ut predictum est, quod autem predicta mala ex guerris, preliis, depopulationes terrarum contingent ex ista coniunctione. Patet etiam per unum notabile dictum Haly Abenragel libro 8° capitulo 13°, ubi sic dicit: Scias quod omnes lites et interfectiones, accidentes in mundo proveniunt ex significatione Martis quando intrat aliquem angulorum et maxime angulum terre tunc enim significabit quod lites et guerra movebuntur et accident multe interfectiones in mundo et effusiones

576 magna A 579 temporis coaptationem: temperiem P
600 maxime: iuxta D 600-604 tunc...terre *om.* P

sanguinum. Hec Haly. Cum ergo in ista coniunctione Mars principaliter dominabitur et erit in angulo terre et in signo igneo, eo quod ignea sunt signa preliorum et guerrarum et precipue Sagittarius secundum omnes astronomos, sequitur quod ista coniunctio significabit predicta mala ex guerris et preliis in predictis terris in quibus apparebit effectus istius coniunctionis, et precipue in predictis terris Saracenorum et in terra Scotia propter causas predictas. Et quia Mars in ista coniunctione erit in Sagittario accident depopulationes et fuge in exercitibus, et alia mala in predictis terris per sagittarios et balistarios sed plus per sagittarios eo quod imago Sagittarii in celo depingitur cum arcu et non cum balista. Specialiter significabit ista coniunctio destructiones et depopulationes predictarum terrarum eo quod Mars erit in angulo terre, et locus coniunctionis erit signum fixum habens significationem super fundamenta et edificia. Et quia locus coniunctionis etiam erit in 2 domo videlicet in domo possessionum hec omnia significant predicta mala in terris predictis et addent in destructionem et depopulationem earum terrarum. Ista etiam coniunctio poterit rationabiliter significare aliquod diluvium particulare in aliqua predictarum terrarum que sunt de significatione Scorpionis et Saturni. Dicit enim Albertus libro 2° <u>De proprietatibus elementorum</u> capitulo 9°, quod causa diluvii universalis componitur ex quatuor causas, quarum prima est coniunctio septenaria planetarum,

609-610 in...terris *om.* A 622 significant: aggravant AEP 622-3 in terris predictis *om.* AE

secunda quod fuerint omnes vel plures eorum in inferiore parte suorum circulorum. Tertia causa est quod talis fuerit coniunctio que inceperet in signo Aquarii iuxta 4 stellas que dicuntur Idra Aquarii seu effusio aqua Aquarii, et transfierint in signo Piscium 4 causa quod fuerit comfortata in viribus suis hora coniunctionis. Et in fine illius capituli 9° dicit Albertus quod diminutio predictarum causarum facit diluvii particularis ponit causam diluviarum particularium. Fuerit maius diluvium vel minus secundum quod pauciores sunt cause et minus fortes communicant. Ista vero coniunctio quamquam non erit omnium planetarum in Aquario neque in Piscibus. Erit tamen coniunctio 5 planetarum in signo aqueo erit enim coniunctio Saturni, Jovis, Solis, Veneris et Mercurii in signo Scorpionis scilicet in signo aqueo. Et preter hec in principio coniunctionis Saturni et Jovis in Scorpione erit etiam Mars iunctus cum eis in Scorpione. Luna etiam in ista coniunctione erit in Tauro, scilicet in domo sua et plena lumine. Et preter hec etiam ista coniunctio quia erit in nova triplicitate diluvium significabit prout frequenter allegatum est prius. Patet igitur ex predictis quod ista coniunctio significabit diluvia particularia vel saltem aliquod diluvium particularum in aliqua terra vel in aliquibus terris predictarum terrarum in quibus apparebit effectus istius coniunc-

633 coniunctio...in: quod inceperit a P **637-41** dicit... minus: ponit causam diluvii particularis dicens quod erit maius diluvium vel minus secudnum plures vel pauciores cause et magis aut minus AcP **642** coniunctio magna quamvis P **645** Mercurii: Martis *c* **649** domo: exaltatione EL **652** allegatum...Patet: alligavit. Etiam prius patet L

tionis. Et erunt magne inundationes aquarum et pluvie multe et in mari venti et tempestates valide et periculosus transitus per viam maris propter dominium Saturni, Martis et Mercurii in ista coniunctione. Et erunt submersiones navium eo quod navis Argos erit in directo ascendentis istius coniunctionis. Et erit detrimentum magnum ex scorpionibus et serpentibus et aliis reptilibus et vermibus, et precipue in fructibus terre erit detrimentum ex vermibus et locustis et muribus et ratonibus propter causas predictas. Item propter dominium Saturni erit detrimentum in fructibus terre ut predictum est ex submersionibus eorum vel per pluviarum abundantiam sive per frigus sive per horum similia, ex quibus accidet grandis, fames seu caristia. Et est timendum quod ista plus accident in istius terris septentrionalibus quam in predictis terris meridionalibus. In hominibus etiam propter dominium Saturni significabit ista coniunctio longas infirmitates ut sunt tussis, ptisis, fluxus ventris, fames canina, febres quartana, paralisis et mortalitas senium. Et significabit hec coniunctio fugas in exercitibus, tristitias, timores et anxietates.

Significabit etiam hec coniunctio propter dominium Martis et Mercurii in ista coniunctione alia mala que predixi prius in significatione coniunctionis Saturni et Martis de significationibus Martis et Mercurii qui etiam dominabuntur in ista coniunctione. Nam in aere significabit tonitrua et corruscationes et fulmina

661 submersiones: quorundam *add.* AEL **680-83** et Mercurii...Nam *om.* P **681** significatione *om.* P

multa et ventos et tempestates validas. Et in homi- 685
nibus erit mors subita et febres multe. Et erunt in
hominibus captivitates, guerre, prelia, lites et
depredationes et abscisiones viarum, ire regum et
turbationes hominum. Et hec omnia apparebunt in
terris predictis in quibus apparebit effectus istius 690
coniunctionis. Et secundum Haly Abenragel libro 8°
capitulo 22°, omnes lites et interfectiones et guerre
accidentes in mundo proveniunt ex significatione Martis
quando intrat aliquam angulorum et precipue angulum
terre que si fuerit directus in suo termine signifi- 695
cabit quod ille lites erunt pro iure et pro rectis
petitionibus. Et si fuerit retrogradatus erunt lites
ille et contrarietates per petitiones in iustus. Cum
ergo Mars qui principaliter dominabitur in ista con-
iunctione erit in angulo terre et directus. Et nedum 700
Mars erit directus verum etiam alii 4 planeta erunt
directi scilicet Saturnus, Jupiter Venus et Mercurius.
Sequitur etiam quod lites et guerre et alia mala que
significabuntur per istam coniunctionem erunt propter
petitiones iustas et pro iure. Utrum quia Mars et 705
Mercurius cum signo Scorpioni principaliter dominabun-
tur in ista coniunctione significabit hec coniunctio
mutationes morum hominum ad falsitatem et seductiones
et proditiones et detractiones et odia precipue cum
Scorpio sit signum falsitatis ut predictum est. Et 710
prout allegatum est prius a Ptholomeo libro 2° Quadri-
partiti capitulo 8°. Hec coniunctio propter dominium

685 Multa...valida: tempestates multas et validas. P
687 in hominibus *om.* A **692** 13° AP **697** petitionibus:
et iustus AE **708** seditiones AP

Martis significabit quod aliqui homines exibunt a lege sua ad aliam legem extraneam et illicita committent et leges transgredientur. Et secundum Ptholomeum ibidem Mercurius significabit super hiis que contingunt in sanctuariis, videlicet mutationes legum atque morum. Cum igitur Mercurius erit dominus ascendentis istius coniunctionis et participans in domo istius coniunctionis. Sequitur quod ista coniunctio significabit mutationes morum atque legum in ecclesia. Et timendum est quod hec erit mutatio ad malum, periuria, falsitatem et invidiam, seductiones quoque et destructiones et odia propter causas predictas scilicet propter Scorpionem, Martem et Mercurium. Et dicit Abraisinus in libro suo De annorum revolutionibus capitulo de statu ecclesie, quod ex concordia duorum gladiorum, id est secularis et spiritualis, videlicet ex concordia imperatoris et Pape proficit Christianitas, et ex discordia eorum impeditur. Aspice ergo hoc dicit Abraisinus pro Papa a dominio none domus et fac sibi participe Jovis et Mercurii. Post hoc aspice ecclesia a nona domo et aspice regibus et principibus a Saturno, a Sole et a dominio decime domus. Hec Abraisinus. Cum ergo in significatione istius coniunctionis domina none domus est Venus et dominus decime domus est Mercurius. Et ipsa Venus que in isto cause est principalis significatrix Pape in ista coniunctione, erit totaliter infortunata et depressa ut prius satis declaratum est. Et Jupiter qui etiam est significator Pape secundo erit

718-21 Cum...legum *i.m.* H *om.* LR 719-20 et participans ...coniunctio **om.** P 721 ...legum in ecclesia *expl.* P

iunctus Saturno principali significatori regum et principum. Et erit Jupiter superatus a Saturno quia Saturnus elevabitur super Jovem in isto coniunctione. Et Mercurius qui etiam tertio loco significator est regem. Et similiter Venus et Jupiter erunt sub radiis Solis combusti. Sequitur iuxta hanc scientiam quod timendum est de magna oppressione Pape et prelatorum ecclesia ac etiam ecclesie et Curie Romane a regibus et principibus terre. Ista dico sub protestatione premissa in significatione coniunctionis Saturni et Martis. Poterit etiam dici quod hec coniunctio significabit aliquam novam sectam in mundo et aliquam prophetam de novo insurgere. Sed non assero eo quod nec ista coniunctio nec aliquis trium planetarum superiorum erit in nona domo, nec in tertia domo quod requiritur ad hoc quod aliqua talis coniunctio significet nativitates prophetarum. Dicente Albumazar primo <u>De coniunctionibus magnis</u> differentia tertia, quod cum mutatur coniunctio Saturni et Jovis de triplicitate in tiplicitatem si fuerit aliquis planetarum trium superiorum in 9 vel in 3 ad ascendente eiusdem coniunctionis aspectionem eorum et maxime Saturnus significabit nativitates prophetarum. Et hec eadem est sententia Abraham Avenare in libro <u>De annorum mundi revolutionibus</u>, capitulo 2°. Cum ergo in figura istius coniunctionis non invenio aliquem trium superiorum planetarum in 3 domo nec in nona non assero quod ista coniunctio significabit nativitatem alicuius prophete aut aliquam novam sectam incipere. Si verumtamen ista

740 secundo: duo loco D **747-8** ac etiam ecclesie *om.* HLR **761** aspectionem eorum *om.* Ac

coniunctio aliquam sectam novam significabit quod non assero illa erit secta Martis et Scorpionis secta videlicet totius crudelitatis et nequitie totius falsitatis et fallacie. Et hec de significatione istius coniunctionis magne ad presens dicta sufficiant. Quando autem apparebunt predicti effectus istius coniunctionis et quamdiu durabunt declaratum est prius secundum istam scientiam.

Ista scripsi de significationibus predictarum coniunctionum magnarum pro communi utilitate studentium in scientia astronomie sub protestatione premissa

Protestor etiam adhuc quod mee voluntatis non est asserere quod effectus predicti significati per coniunctiones magnas predictas eveniet inevitabiliter seu necessario ex predictis coniunctionibus magnis teste Ptholomeo in primo Quadripartiti sui capitulo tertio qui sic dicit: non est existimandum quod superiora super sua significata procedunt inevitabiliter velut ea que a divina dispositione contingunt et que nullatenus sunt evitanda, necnon et que veraciter ex necessitate contingent. Hec Ptholomeus. Nolo igitur dicere quod predicti effectus necessario nec volo certitudinaliter asserere quod contingent ex predictis coniunctionibus. Sed istud volo asserere quod iste due coniunctiones erunt signa quedam significantia predictos effectus

773 ...sufficiant *expl.* cN / Explicit tractatus magistri Johanni Essinden de coniunctione Saturni et Jovis in Cancro 1357, et de coniunctione magna Saturni et Jovis 1365 L Explicit tractatus magistri J. Esshenden HR **779** premissa: ut decet *add.* A

contingere seu futuros esse iuxta sententiam astronomie et iuxta sententiam predictorum astronomorum quos allegavi in hoc tractatu ut patet ex premissis. Genesis enim primo capitulo dixit Deus fiant luminaria in firmamento celi, et dividant diem et noctem ut sint in signa et tempora. Multi vero hiis diebus quidam videlicet per falsas prophetias et quidam per alias scientias illicitas et quidam etiam de falsis suis imaginationibus propriis confidentiis, multa mirabilia nituntur predicere et seipsos et populum pessime decipientes. De isto enim anno Christi 1357 in quo apparebit predicta coniunctio Saturni et Martis in Cancro. Loquitur Abbas Joachim in suo maiori volumine De concordantiis, dicens quod isto anno erunt duo Pape unus Lugduni et iustus, et alius Rome et iniquus. Dicit etiam idem Abbas in eodem libro quod anno Christi 1360 erit ecclesia et clericus in tanta vilitate in quanta non fuit a tempore Constantini imperatoris. Item in eodem libro dicit quod anno Christi 1365 in quod videlicet anno apparebit predicta coniunctio magna Saturni et Jovis de qua tractatum est prius, redibit tota Grecia ad obedientiam Romane ecclesie, et tunc audientur nova de predicatione Antichristi. Qualiter et quo spiritu predictus Joachim dixit talia nescio. Sed firmiter credo quod nec per scientiam astronomie nec per aliquas constellationes supercelestes significabuntur predicti effectus evenire predictis temporibus prout dixit Joachim. Nam si alique constellationes deberent talia significare in predictis annis maxime essent predicte due coniunctiones magne quarum significationes ponuntur iuxta scientiam astronomie in isto tractatu quas coniunctione non reputo talia in predictis annis significare.

Quidam etiam de quorum numero fuit idem Abbas Joachim nituntur investigare quando erit dies iudicii ex scripturis et tempus determinatum limitatur quando videlicet veniet Antichristus et quando veniet Christus ad iudicium omnes tales pessime decepti sunt, eo quod non poterit tempus secundi adventus Christi per aliquam scienciam inquisitivam sciri, neque per scripturas quod probatur multipliciter. Primo per istud Mathei 24, de die illa et hora nemo scit neque angeli celorum neque filius nisi Pater solus. Et Actus primo capitulo loquitur Christus discipulis suis dicens non est vestrum nosci tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate. Iste due auctoritates quamvis sint communes sunt tamen in ista materia multum ponderandum. Ex prima enim auctoritate patet quantum secretum determinatio temporis iudicii finalis, cum angelis idem tempus revelatum non sit. In quo manifeste reprehenditur humana temeritas que se definire hoc sectum tempus estimat quod angelice subtilitati occultatum est. Et quod additur neque filius etc. Beatus Basilius dicit hoc debere intelligi de filio adoptivo et non de filio Dei unigenitu. Sed Beatus Augustinus exponit sic: neque filius scit, id est, filius in divinis facit nos nescientes diem illam et horam. Cui concordant Hieronymus super Matheum, dicens quod Christus post eius resurrectionem interrogatus de hac die a discipulis suis manifeste respondit non est vestrum nosci tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate. In quo dicit

846 Blasius D **850** Jeronimus A **854** que Pater...
potestate: etc. A

Hieronymus, Christus ostendit quod ipse sciat sed quod expediat nosce discipulos suos ut semper incerti de adventu iudicii, sic cotidie vivant quasi illa die iudicandi sint. Et si respondeat quod prophetis fuit hoc secretum revelatum discipulis. Contra hoc arguit Beatus Augustinus contra Esicium, dicens: an respondebitur non novisse apostolos sed prophetas. Deus enim sanctis prophetis que ventura erant predixit. Et iterum subiunxit Augustinus. Sed magna admiratione plenum est si ea que prophete hominibus sunt loquuti. Hoc apostoli vel scire sunt prohibiti vel docere, quomodo enim prophete si non intelliguntur ab apostolis, intelligentur a nobis aut si eos apostoli intellexerunt quomodo non docuerunt quod intellexerunt. Et contra eundum esicium dicit Augustinus exponens istud Mathei 24. Et predicabitur evangelium regni in universo orbe et tunc veniet consummatio, etc. Cum quidem latet. Dicit Augustinus quando evangelium in universo orbe implebitur procul dubio latet quando finis erit. Et Mathei 16 faciem celi diiudicare nostris signa autem temporis non potestis scire. Et Luce 22 faciem celi et terre nostris probare hoc autem tempus quomodo non probatis. Et Augustinus 18° <u>De civitate Dei</u> capitulo 54° omni vero de hac re calculantium digitos resolvere et quiescere iubet. Ecce quam manifeste sunt Christi auctoritates et sanctorum de hac materia. Non est ergo humane virtutis per aliquam scientiam inquisitivam investigare aut per aliquas prophetias veraciter prefinire seu predicere tempus 2 adventus Christi. Sed

877 18°: libro A

quicumque hoc facere nituntur pessime decepti sunt.

Quidam tamen nituntur probare quod poterit scire ex scripturis quando veniet Christus ad iudicium. Ipsi enim assumerunt sic: nam primus adventus Christi et tempus eius in carne fuit ostensus ex prophetis, ergo eadem ratione secundus adventus eius et tempus determinatum eiusdem adventus poterit ostendi ex prophetiis assumptum probatum sic: nam Daniel prophetavit quod post 70 hebdomades annorum occideretur Christus. Daniel enim capitulo 9° sic scribit, et sunt verba Gabrielis ad Danielem: tamen in inquit animadverte sermonem et intellige visionem 70 hebdomades abbreviata sunt super populum tuum ut impleatur visio et prophetia et ungatur sanctus sanctorum. Deinde docet Daniel a quo tempore debent ille 70 hebdomades inchoare sic dicens: Scito inquit et animadverte ad exitu sermonis, ut iterum edificetur Jerusalem usque ad Christum ducem hebdomades 7 et hebdomades 62 erunt eis et post Hebdomades 62 occidetur Christus. Et quia 7 et 62 non sunt nisi 69 de ultima ideo hebdomada remanente. Dicit in fine capituli confirmabit autem pactum multas hebdomadas, una in medio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium. Et sic fuit ad literam. Si quis enim ab illo anno in quo dominus per Isaiam dixit captiviis filiis Israel quod aliquando redirent Jerusalem et redificarent eam. Computet hebdomades 70 inveniet quod in ultima etiam in fine eius fuit Christus occisus et in medio eius fuit baptizatus et tunc inceperunt primo sacrificia

885 sciri A 886 quando: tempus secundi adventus add. A 908 Jerusalem: verbum A

Judeorum deficere, quondo homines currebant ad baptismum intelligendo semper annos solares. Inceperunt ergo iste 70 hebdomades que sunt 490 anni ut habetur in textu ab illo anno in quo exivit verbum a domino per os Jeremie quod filii Israel tunc captivi redirent Jerusalem et redificarent eam. Hoc autem fuit anno 4 Sedechie, fuit 12 Nabucadonoseris qui captivavit filios Israel ut patet ex ultimo capitulo Jeremie. Sic ergo patet qualiter tempus primi adventus Christi videlicet incarni fuit sufficienter declaratum et ostensum a Daniele. Ergo eadem ratione secundus eius adventus in iudicio videlicet. Et tempus determinatum eius poterit ex prophetiis ostendi et presciri. Ad quod respondeo quod primus adventus Christi fuit manifestatus hominibus dicente psalmista Deus noster manifeste veniet etc. Sed secundus adventus Christi est ab hominibus incognitus et occultus et eius tempus est omnino indeterminatum prout ex premissis auctoritatibus satis probatum est. Et prout etiam patet ex apostolo ad Thessalonienses 5° capitulo, ubi dicit quod dies domini sicut fur in nocte veniet. Et ideo non sequitur si tempus primi adventus Christi poterit prescire ex scripturis quod etiam tempus secundi Adventus poterit prescire.

Aliter etiam nituntur alii probare quod a tempore quo Daniel adoleuit usque in finem mundi fuissent et forent anni 2300; hoc autem probat ex textu Danielis 8° capitulo in quo scribitur quod unus sanctus dixit alteri nescio cui loquenti usquequo visio et iuge sacrificium.

921 declaratum: determinatum 944 Ecplicit tractatus magistri J. Asschynden de coniunctionibus cum laude Jesu Christi

Et dixit ei usque ad vesperam et mane dies 2300 et mundabitur sanctuarium. Sed Ezechel 4° capitulo, scribitur diem per anno dabo tibi. Ergo a tempore quo Daniel adoleuit usque in fine mundi fuerit et erunt anni 2300. Pro quo est sciendum quod istud dictum Danielis non debet intelligi de fine mundi sed desolatione et vastatione templi sub Antiocho rege Sirie et de eius purgatione post modo sicud patet per Jeronimum in expositione illius litere Danielis. Dicit enim Jeronimus sic usque quo visio etc., id est unus angelus interrogat alium angelum usque ad quod tempus Dei iudicio sub Antiochio rege Sirie templum futurum sit desolatum. Et dixit ei usque ad vesperum et mane dies 2300 et mundabitur sanctuarium. Legamus Macabiorum libros dicit Jeromius et Josephi Historiam aut ibique reperiemus 143 anno a Seleuco qui primus regnavit in Siria post Alexandrum intergressum Antiochum et Jerusolam, et universa vastasse, reversumque anno 3° in templo statuam Jovis posuisse et usque ad Judam Macabeum, id est usque ad annum 149 per annos vastationis Jerusolam sex contaminationis autem templum, id est 2300 dies et 3 menses esse completos post quos templum pergatum est. Hec Jeronimus. Ex hiis patet quod predictam auctoritatem Danielis non sicut intelligendam de fine mundi sed de purgatione templi. Cum tamen abbas Joachim in libro suo De seminibus scripturarum maxime fundit se super predictam auctoritatem Danielis ponendo quod a principio regni Romanorum usque ad finem eius sed usque ad finem mundi fuerint et erunt tamen 23 centenarii annorum eo quod secundum eum, regnum Romanorum durabat usque in fine mundi quod ipse allegat a beato Ambrosio, Josepho. Et Joachim fundat se in eodem libro super hoc quod regnum Hebreorum duravit tot centenariis

annorum precipue quot sunt litere in alfabeto ebreorum ergo eadem ratione regem Romanorum duracere deberet persise tot centenariis annorum quod sunt litere in alphabeto latinorum. Sed certum est quod ista qua in nullo valet unus quicquid idem Joachim loquitur ibidem de literis plus dependit in eo iudicio ex falsa imaginatione quam ex aliquam ratione sicud expressione patet intuenti librum illum De seminibus scripturarum. Ipse enim in eodem libro capitulo de V litera dicit quod sub huius litere V 5 centenario nos qui iam sub anno ab incarnatione Domini 1204 seu 1205 initiante hec scribimus unam presentis vite currimus, ipsa quoque litera V 10 annis sequentibus expletis summi centenarii complebit. Sub hac quoque litera terra Jerusoliorum a paganis capta est. Et ut credo in sequentibus litere X 10 centenario restituenda est corporalis illa Domini terra ubi corporaliter Dominus degebat. Sequitur ergo iuxta sententiam Joachim ibidem quod terra illa sancta sit modo restituta quod manifeste factum est. Sumus enim modo in cententario correspondenti Y litere secundum calculationem suam, eo quod per ipsum anno Christi 1315 incepit Y litera suum centenarium. Item dicit Joachim capitulo de X litera, quod Deus purgat sit finaliter ecclesiam in centenario correspondenti pro litere a negotio perambulante in tenebris id est ab occulta heresi simoniacorum sive a simonia. Cum enim centenarius X litera iuxta eius calculationem et sententiam sit modo pertransitus. Sequitur iuxta ipsum quod modo de facto ecclesia Dei sit totaliter purgata a simonia quod manifeste factum est, nam quod dolendum est tamen regnatur simonia modo in ecclesia sicut ante ista tempora regnavit. Multa etiam alia dicit idem Joachim in eodem libro plus ex imaginatione sua quam

ex iudicio rationis, sed secundum philosophum res non sequuntur imaginationes; non est ergo multum credendum ipsi Joachym in predictis et precipue in hiis que ipse predixit de fine mundi. Sed amplius credendum est 2 ad Thessalonicenses 2° capitulo, ubi loquens de fine mundi sic scribens: Rogamus vos fratres per adventum Jesu Christi ut non cito moveamini a vestro sensu nec terreamini per spiritum, nec per sermonem, nec per epistolam tanquam per nos missam quasi instet dies Domini, nec quis vos seducat ullo modo quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur prima ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam ipse sit Deus. Antequam ista apparuerit non erimus certi quando erit finis mundi nec terreri nos oportet ad huc nec per sermones nec per epistolas de hac materia loquentes. Et Haymo super predicto verbo amplius ubi venerit discessio primum etc., dicit quod per discessionem intelligitur destructio regni Romanorum. Unde dicit Haymo quod postquam omnia regna discesserint a Romano imperio et fuerit ablata potestas a Romano imperio tunc revelabitur seu manifestabitur ille iniquis Antichristum quem interficiet dominus spirituoris sui. Et huic sententie concordat auctor <u>De victoria Christi contra Antichristum</u> libro primo capitulo 13°, et allegat glossam super Danielem capitulo 7°, ubi loquitur de x bestia, dicens quod signum defectionis Romani imperii erit iminente adventu Antichristi; et paulopost dicit quod secundum glosam ibidem in consummatione mundi quando Romanorum regnum destruetur futuri sunt 10 reges qui inter se divident Romanorum regnum. Hec glosa ibidem. Istis signis iam dictis plus credendum est quam

dictis Joachim aut aliorum literis seu signis de hac materia, istis diebus missis per universalem orbem quas omnes reputo transsatorias et deceptoras.

Sed inter cetera nova inaudita que hiis diebus proferuntur multum admiror de quodam reverendo magistro et socio qui isto anno Oxonie intravit ad Bibliam, qui etiam in principio lecture sue, prout mihi erat relatum a fide dignis, publice asseruit et determinavit in scolis certum et determinatum numerum annorum a diluvio universali aque quod erat tempore Noe usque ad diluvium ignis futurum videlicet 7500 annos; 7500 annos quem quidem numerum annorum dixit se esse ostensurum prout mihi erat intimatum ex prophetiis et Scriptura Sacra per astronomiam et philosophiam. Suppono quod dictus magister vult loqui de diluvio universali ignis de quo scribitur Isaie ultimo capitulo, et Amos 7° capitulo, et 2° Petri capitulo ultimo, aliter enim suum dictum non est ad proportium multa enim erant diluvii particularia autem ista tempora pro quo excessive urebantur quedam climata calida seu quedam regiones calide et adhuc multa talia diluvia particularia ex consimilibus causis eadem ratione sunt futura. Et ideo suppono quod ipse vult loqui de diluvio universali ignis predicto cum ergo illud diluvium universale ignis erit in finali iudicio et in fine mundi quando videlicet Christus veniet ad iudicium. Sequitur quod iste magister incidit modum idem inconveniens in quo incidebat abbas Joachim et alii quamplures qui nitebantur determinare certum et determinatum numerum annorum usque ad finem mundi. Nam tempus a diluvio aque usque modo est satis certum et determinatum prout patet ex canonibus tabularum Alfonsi et prout etiam modo meo declaratum in parte primo Summe

mee <u>iudicialis de accidentibus mundi</u> distinctione prima capitulo 2°, ergo per ipsum residium tempus inter duo diluvia universlia predicta videlicet ab diluvio aque usque ad diluvium ignis est certum et determinatum et determinate cognitum quod autem diluvium universale ignis erit in finali iudicio et in finem mundi. Patet primo per illud Isaie ultimo capitulo, ecce Dominus in igne veniet et quasi turbo quadrige eius reddere in indignatione furorem suum et increpationem suam in flammam ignis quia in igne Dominus iudicabit. Et Amos 7° capitulo, ecce vocabit iudicium ad ignem Dominus Deus; et Psalmo 49° ignis in conspectu eius exardescet; et secundum Petri capitulo ultimo, celi erant prius et terra per aquam consistens Dei verbo per quod ille tunc mundus aqua undatus periit. Celi autem qui nunc sunt, id est secundum glosam, celi aerei inferiores et terra eodem verbo responsitum sunt igni reservati in diem iudicii. Et inferius in eodem capitulo dicitur adveniet enim dies Dominum ut fur in qua celi magno impetu transient elementa vero calore resolventur. Terra autem et que in ipsa sunt exurentur. Cum ergo hec omnia dissolvenda sint quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus exspectantes et properantes in adventum Dei per quem celi ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent novos enim celos et novam terram per promissa ipsius exspectamus in quibus iusti habitant. Hec illi. Et Paulus ad Corinthios 7° capitulo super idem preteriit figura huius mundi etc. Dicit glosa quod pulcritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. Et huic concordat Augustinus 20° <u>De civitate Dei</u> capitulo 16° dicens quod in finali iudicio figura huius mundi mundanarum aquarum inundatione diluvium. Ex hiis omnibus auctoritatibus

satis manifeste patet quod diluvium universale ignis erit in finali iudicio et in fine mundi. Patet ergo quod magister in nitens probare certum et determinatum tempus usque ad diluvium universalem ignis perfundit ergo demonstare et probare certum determinatum et cognitum tamen tempus usque ad finem mundi quod meo iudicio magne temeritatis est et magne presumptionis, salva reverentia cuiuscumque de hac materia cesset omnio per finito temporum annorum et cesset etiam quiescat omnio calculuo digitorum secundum doctrinam Augustini 18° De civitate Dei capitulo 54°. Ista scripsi de significationibus predictarum coniunctionum magnarum ad commune valitatem studentium in astronomia et precipue ad exercitium et solacium sociorum mearum Aule de Merton in Oxonia quos et domum nostram predictam conservet Dominus, Dominus altissimus per infinita secula. Amen.

Completus est tractatus 10 die mensis Marcii anno Christi 1357 per magistrum Johannem Eschindene.

IV

Aschynden de tribus coniunctionibus

Carissime et Reverendissime quia fide cuiusdam communis utriusque et vobis et mihi valde dilecti amici crebra relatione didici vobis gratum fore et acceptum, immo votire optatum quod describerem vobis, scriptisque contraderem, seu contradi satagerem, iudicia aliqua naturalia de stellarum planetarumque significationibus super videlicet qualitatibus et dispositionibus aliquorum proximo ex nunc annorum sequentium. Et licet huiusque in talibus dandis iudiciis, exiliter nimis sim institutus sicut veraciter fateor quorsum neme tamen ipsum taliter excusantem ingratum magis quam inscium existimetis, cum conversem malui inscius magis in talibus reperiri, sicut absque culpa magna quisque potest quam vobis ingratus quoque sive grandi culpa ego non possem quem omnino imeritum multiplici beneficio a principio, quo in has mundi partes boreales productas moram cepi gratissimam benevolentia premumastis. Obtemperabo ideo prout parvitas facultatis mee in hac parte valet premissis votis vestris sicut non solum in eis quam in cunctis aliis pro viribus debitor sum votum parere per subscripta premittam autem in principio et describam quinque figuras celi cum planetarum in eis veris locis designatis, super quibus fundabo consequenter per me nunc danda iudicia. Quarum figurarum tres sunt de tribus magnis coniunctionibus superiorum planetarum ad tres annos iam preteritos, anno scilicet domini nostri Jesu Christi 1365 quarum prima erat

1 quia: quoniam Z

trium superiorum planetarum, Saturni videlicet Jovis et Martis in ultima facie signi Libre, primo de mensis Augusti anni predicti; secundaque erat facta 17 die eiusdem mensis, et tertia coniunctionum magnarum erit Saturni et Jovis in octavo gradu signi Scorpionis coeuntibus tunc in eodem signo omnibus planetis solo Marte excepto. Eratque hec coniunctio secunda facta post priorem in mense Octobri eiusdem anni relique autem due figure ipsarum quinque sunt de duabus principalibus constellationibus futuris ex nunc proximo anno scilicet domini nostri Jesu Christi 1369. Sequuntur quinque figure cum veris locis planetarum.

Hic nota pro anno domini 1369

Dico igitur in primis quod propter coniunctionem magnam Saturni et Jovis in signo Scorpionis iam ad tres annos prehabitam, quod etiam propter figuras duas prescriptas futurarum constellationis pro anno proximo ex nunc futuro; quod etiam propter futuras constellationes quinque annorum ex tunc continue sequentium conferendo etiam similiter cum his futurorum annorum constellationibus non solum pretactam magnam coniunctionem Saturni et Jovis in Scorpione, quin etiam valde duco cum hiis considerandum magnam illam coniunctionem prenotatum trium superiorum planetarum, Saturni scilicet Jovis et Martis in ultima facie Libre. Erunt hinc et evidentissime significatum est hii sex anni multorum terribilium et infortunorum valde accidentium ad magnam inferioris mundi desolationem nisi stellarum conditor dominus Deus super tam terribili naturali earundem stellarum lege ad preces sanctorum hominum supernaturaliter duxerit dis-

38 anno *dupl.* A

